



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio VIII. De omnipotentia Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

atum, sed ad id, in quo potentia, seu virtus effectiua est: cui ea omnia eminentiori gradu, quam in effectu adesse formaliter debent: in causa etiam æquiuoca principali ipsius: sicut in causa vniuoca principali formaliter debent adesse, vt virtus effectus vniuoci actiua in eo sit. Est autem continentia hæc siue formalis, siue eminentialis metaphysicæ, quam potentia, & actiuitas sui effectus prior: quia nemo non solum non dat, sed neque dare potest, nisi dandum præhabeatur: de nondum enim habitis, ac præhabitis, nec moralis, aut ciuilibus, nec physica donandi potestas esse potest. Ex hoc autem constat, quod, licet, quia potens Deus viuencia producere viuens formaliter Deus non sit, quia eiusmodi effectus vitales Deo non sunt, ac proinde ab omnipotentia, quæ vitalis formaliter non est, vt solutio dicebat, proueniant: alit ratione eminentis præcontinentiæ eorum, quæ viuencia sunt, necessario ad eam potentiam præsupposita viuens formaliter eminentissimo modo Deus esse debeat: ac proinde summe atque infinite viuens vi eis demonstrationibus ostenditur.

3. Probatur secundo non absimili demonstratione conclusio ex prædicato ideæ, seu causæ exemplaris creaturarum, quæ in Deo metaphysicæ est, seu quæ est physice Deus. Si enim Deus causa exemplaris possibilitatum viuentium perfectiorum, & perfectiorum, imperfectionibus seclusis, in Deo esse debent: alioqui aliquorum idea non esset, & exemplar, quod in eorum effectione imitaretur Deus: aliquaque essent viuencia, quæ sui rationes ab ipsis imitabiles in Deo non haberent. Si autem omnium, & singulorum viuentium possibilitatum perfectiones coniunctim in Deo, cuiusque prædicato viuentis formaliter inextinguibili indiuisibiliter metaphysicæ sunt: ergo est in eo ratio viuentis infinita. Dices viuencia possibilia finita esse: quare ex omnium continentia siue actiua, siue exemplaris causæ in Deo non argui infinitatem gradus, seu prædicati viuentis. Certe, si continentia hæc causæ, & virtutis actiua, & exemplaris in Deo vniuoca esset, atque ad annullum, vt dicitur, teneret solutio admissa finitudine viuentium creatorum possibilitatum, quam admittimus modo. Est autem non vniuoca, sed æquiuoca, principalissima, quæque ad omnia impossibilia, si possibilia essent, quatenus de se extendi potest: cum neque ab illis, nec dependenter ab eorum possibilitate sit, sed ex necessitate omnino absoluta Dei, diuinique physici esse. Tertio huius prædicati summitas, atque infinitas demonstratur ex prædicato entis à se, ex quo diuinorum omnium in suo genere infinitas, ac summitas demonstrata à nobis hætenus fuit. Quarto ex infinitate diuinorum actuum vitalium.

4. Quod autem summe, atque infinite viuens Deus per essentiam sit (dummodo de essentia Dei metaphysica non intelligatur, cuius attributum esse prædicatum diuinum viuentis tertia conclusione ostendimus, sed de physica) secunda est præpositi tituli conclusio, facillime probata, sicut de aliis attributis questionibus antecedentibus probauimus. Primo: quia ad essentiam physicam Dei, entis perfectissimi, atque absolutissimi, spectat, quidquid in genere entis possibilis perfecti quomodolibet inueniri potest ab omni tamen imperfectione supputatum. Huiusmodi autem est prædicatum viuentis diuinum: ergo Deo per essentiam physicam competit. Secundo ex diuina simplicitate, & indiuisibilitate omnimoda Dei supra demonstrata, cum qua pugnat diuini alicuius prædicati ab essentia, aut quouis alio prædicato physica distinctio. Tertio ex prædicato entis à se, ex quo non nisi cum omnibus diuinis prædicatis, in suo quodque genere, infinitis esse physice potest. Ex quo ulterius sit Deum viuentem non solum in actu primo, sed & in actu secundo per essentiam suam physicam eisdem argumentis demonstrari. Hæc multiplex Dei, quæ viuentis à creatis viuentibus differunt. Primum: quod à se viuens sit. Secundum huic proximum: quod infinite, ac summe viuens. Tertium: quod per essentiam viuens non solum in actu primo, sed etiam in secundo. Quartum: quod viuens vita intentionali à physica reipia distincta Deus sit. Quintum: quod omnis creatæ vitæ, tam in actu primo, quam secundo principale agens, & exemplar sit. Horum nihil viuentibus creatis competit: ac proinde excellentissima eminentia diuinæ vitæ præ creatis cunctis pos-

sibilibus viuentibus luculentissime ex eis monstratur.

5. Tertia conclusio. Prædicatum viuentis attributum, seu attributum spectale Dei est. Quod spectale attributum Dei sit, si sit attributum, planum in nostris principiis est, qui diuina attributa neque inter se se, nec cum essentia metaphysicæ confundimus: cum nulla in eo sit transcendentiæ per attributa reliqua in prædicato viuentis, vel leuis, umbra. Quod autem attributum sit metaphysicæ ab essentia metaphysica Dei diuisum in nostris etiam principiis patet: quia in ente à se (quo tota Dei metaphysica essentia continetur) viuendi ratio non clauditur. Dices saltem in prædicato viuentis ea ratio clauditur: quare secundum se totum attributum non erit. Hæc obiectio reliqua enumerata attributa diuina tangit: in nostris tamen principiis nihil virget, siquidem diximus sæpe attributa omnia non esse à se, seu non esse entia à se substantiæ metaphysicæ, sed adiectiue. Contra reliquas vtriusque certaminis conclusiones nihil momenti obijci potest. Ex eminenti enim vita pure intentionali Dei, neque realis influxus in actus vitales, quare neque ab eis viuentis Dei realis distinctio inferri vt vidimus cert. 1. num. 1. quod autem non nemo dicere possit: gradum viuentis intellectualis, quem solum Deo ascribimus, supponere in viuente gradus vitæ nutritiæ, & sensitiuæ, qui Deo repugnant, vt patet ex coordinatione prædicamentali substantiæ vitæ ad hominem, qui viuens intentionale etiam est, nihil præstat. Tum, quia Deus in linea prædicamentali non est, sed supra illam neque eo modo, quo creatæ quæ in ea ponuntur, viuens, sed supra viuens. Tum, quia, neque viuencia pure spiritalia perfectiora, quæ vita etiam intentionali viuunt, eos gradus vitæ in sua linea supponunt. Supponit autem eos homo, quia absolute corporeus, atque à sensibus pro hoc statu ad intelligendum dependens.



DISPUTATIO VIII.

De Omnipotentia Dei.

SI omnia quæ ad Omnipotentiam, cuiusque operationes, & concursus cum causis secundis spectant, disputanda hic essent, non longam disputationem solum, & controuersiam, sed fortassis totum integrum texeremus. Sunt enim plura de necessitate & modo concurrendi Dei per suam potentiam cum causis secundis, tum liberis, tum necessariis, tum naturalibus, tum supernaturalibus, & ordinariis, & extraordinariis prouidentia. Hæc autem omnia, quia, & propriioribus aliis Philosophis, & Theologis locis disputata à nobis, & disputanda sunt, & ad Dei attributa, quæ hic secundum se examinantur, non pertinent, sed ad extrinsecas attributi Omnipotentis operationes, & effectus: proinde eorum examen aliò, atque aliò remittimus. Hæc igitur in præsentiarum de Omnipotentia examinanda. Primo: an sit Omnipotentia in Deo? Secundo, quid sit? Tertio, an ex alio prædicato Deus cum illa connexus sit? examinabimus. Quarto, an Omnipotentia, vel aliquid Deo intrinsecum sit formalis possibilitas creaturarum? Quinto, an chimærum impossibilitas omnipotentis, aut diuino alicui identificentur?

Sexto, an carentia rerum contingentium in aliquo diuino consistat, Deoque proinde identificentur? Tria postrema hic disputare nos cogunt inuitos nescio qui Recentiores.

QVÆSTIO

QVÆSTIO I.

An sit Omnipotentia in Deo.

NATIVAM potentiam ad extra creaturam, quæ de facto sunt, Deo primæ causæ adesse demonstratum est d. 1. q. 3. cert. 2. n. 1. ubi esse ens aliquod à se, primum scilicet actuum principium cæterorum, quæ de facto sunt ostendimus. Quoniam vero ultra ea, quæ de facto sunt, plura, ac fortasse infinita, sunt possibilia, ad quæ omnia potentia actiua Dei ad extra extendi debet, ut omnipotentia, seu omnium potentia actiua in actu primo sit: id vero potentia actiua eorum, quæ de facto sunt, demonstratione non ostenditur: secundo ex ea demonstratione cum solum euincitur, Deum mediate omnium, quæ de facto sunt, causam esse, ad quod satis est, quod primam creatam causam producat, & hæc secundam, & secunda tertiam &c. non inde fiet omnium potentiam actiuam habere. Videndum ergo nunc est, an ea potentia actiua Dei ad extra, quæ ea demonstratione euincitur, ad possibilia omnia creata extendatur, ac proinde omnium potentia, siue omnipotentia debeat censeri?

CERTAMEN I.

Omnipotentiam, eamque infinitam in Deo esse certum ex fide, & ratione naturali est.

EX Philosophis, qui vnum verum Deum agnouerunt, nemo fuit, qui ipsi omnipotentiam denegauerit. Imo tacite ij omnes, qui Deum primam causam efficientem omnium assensum sunt, eius omnipotentiam tacite videntur admisisse: cum eadem sit ratio de creatis intra possibilitatem relictis, ut fieri à Deo possint, acque de his, quæ ab statu eo ad absolutam existentiam tradidit Deus: expresse tamen eam veritatem edidit Agatho Philosophus percutus carminibus hisce.

Hec etiam ipse Deus, solumque carere videtur. Infinitum ut faciat, quod factum est, atque per actum. De Aristotele dubius est Soarius d. 3. metaph. sect. 17. num. 5. an ita de Dei Omnipotentia iudicetur; cum tamen n. 25. fateatur ea Agathonis carmina ab Aristotele recitata, laudatamque eorum sententiam esse 6. ethico. c. 2. in qua exemplo illo vnius impossibilis, quod ab sphaera Omnipotentia excluditur sola, & cuncta impossibilia excluduntur, atque possibile omnium potentia actiua, siue omnipotentia in Deo affirmatur. Idem sensu Cicero 1. & 3. de natura Deorum his verbis. Nihil est, quod Deus fieri non possit; & quidem sine labore villo: consensit Seneca 4. de benef. c. 7. & 8. ac Poetæ sæpe Iovem suorum Deorum supremum (atque inde etiam Olympum, seu celum eius sedem pro continenti continens vsurpantes) Omnipotentem vocant. Eumque, ut refert Ludouic. Vives in 4. de ciuit. Dei c. 17. dextra sceptrum, lava vero, vel aquilam vel victoriam renentem depingebant: quia omnia virtute, & adiuuitate sua vincere, à nulloque vinci posse iudicabant: quare & eam inuictam aiebat Seneca supra. Huic tamen veritati aduersari videtur Auicenna 9. metaph. c. 4. qui vnum effectum tantum ait à Deo immediate productum, & medio illo alios, & sic deinceps reliquos. Primum vero immediatum eius effectum substantiam primam separatam esse docuit 5. met. tract. 4. huius exortu consensit Averroes ad 2. de celo text. 35. ubi cum videtur indicasse Aristoteles.

2. Cæterum catholica, & de fide veritas est Deum omnium creatorum possibilem potentiam actiuam, siue omnipotentiam habere. Genes. 17. Ego Deus omnipotens:

ambula coram me. Iob. 42. Scio quia omnia potest, centielque fere in concordantibus Bibliis Deus omnipotens à sacra pagina repetitur inuenitur. Passim insuper nihil Deo impossibile esse dicitur Sap. 11. 18. Math. 19. 26. Apud Deum autem omnia possibilia sunt; id quod & Marci 10. 27. eisdem verbis habetur. Item Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Unde & Math. 17. 20. Si habueritis fidem sicut granum synapis, nihil impossibile erit vobis, Et Marci 9. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Quia nimirum fide, atque fiducia, seu confidentia in Deum eius potentia, quæ ad omnia se extendit nostræ voluntati, ac desiderijs, quasi reuincitur, Dei voluntate humanis votis auuente. Tertio hanc eandem veritatem continent innumera alia scripturæ testimonia quibus neminem, cuiusque diuinæ voluntati resistere posse elamatur Genes. 50. Num Dei possumus resistere voluntati? 2. Paralip. 20. In manu tua est fortitudo & potentia: nec quisquam tibi potest resistere. Iob. 9. Quis ei resistit, & parem habuit c. 41. Quis enim resistere potest valui meo? Psal. 25. Quis est, qui resistit tibi. Prou. 30. Nec est Rex, qui resistat ei. Sap. 11. Virenti brachij tui, quis resistet? Omnipotentem enim solum omnis resistentia cum victoria impossibilis: ac proinde, ut supra memorauimus ad Iouis omnipotentiam significandam in seua eius idololatricæ victoriæ ponebant. Denique id ipsum probatur ex locis illis, quibus ea quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt vocare dicitur. Scilicet quia ex nihilo cuncta ad esse potentia sua potest traducere: ob hæc Dei omnipotentia, ut fidei dogma in omnibus confessionibus, seu professionibus fidei apud Concilia omnia adstruitur, atque in viroque symbolo cum reliquis attributis de Deo quotidie in Ecclesia, & recitando & canendo.

3. Iam vero pro eadem veritate rationibus naturalibus, ac demonstrationibus pugandum est. Et quamquam ea demonstratione entis à se, & necessarij, causæque proinde primæ formaliter, & in terminis non demonstratur, virtualiter ea ostenditur. Scilicet enim semel per illam potentia Dei actiua ad extra, multifariam ad possibilia, ac non repugnantia reliqua extendi debere demonstratur. Primo, quia infinita esse debet: alii, ni ad omnia possibilia reliqua à Deo extenderetur, eius virtus, & actiuitas infinita non esset: sicut nec infinita esset eius scientia, ni ad intelligibilia omnia creata representanda se se extenderet. Quod autem debeat esse infinita multo etiam ex capite probatur. Primo: quia, cum ab alio non sit, sed adiectiue metaphysicè, ac substantiue etiam, physicè à se sit, à quo limitetur non est. Secundo, quia quoduis prædicatum diuinum omnem sui generis imperfectionem debet, quæ diuinam, excludere: limitatio autem potentia actiua ad extra imperfectio est: ergo, quia diuina potentia actiua ad extra debet esse infinita. Tertio: quia maius aliquid ea in suo genere potentia actiue esse posset; quod repugnat prædicato diuino: quia cuiusque finito addi aliquid potest, & cui addi non potest infinitum est. Quarto: quia, ut sæpe dixi ex d. 3. q. vlt. omne diuinum prædicatum Deo intrinsecum, quia diuinum indiuisibiliter, non solum physicè, sed metaphysicè etiam, est infinitum per denegationem termini, etiam extrinseci: quod longe quidem amplius est, quam, quod ad præsens institutum est satis.

4. Secundo: prima illa consequentia ex infinitate potentia huius Dei ad potentiam omnium possibilem reliquorum à Deo, siue creatorum, præter similem consequentiam ex scientia infinitate ad omniscientiam, sic ostenditur. Quia, quidquid ab alio esse potest, ac proinde possibile creatum est, per alicuius potentiam esse ab alio potest: ergo vel per potentiam Dei, & intendimus, vel alterius à Deo potentiam: de quo inquiri an à Deo proxime, vel remote sit? si nullatenus à Deo sit, redeunt argumenta processus infiniti, vel circuli causalitatum impossibiles, ut arguebamus d. 1. in demonstratione entis à se, seu Dei, & causæ primæ. Vel plures causæ primæ, ac Dei admiuendi erunt contra demonstratam Dei vnitatem singularem, & inamplificabilem. Quod si illud, per cuius potentiam illud possibile creatum esse potest, à Dei potentia sit, ut altero dilemmatis membro dicitur: ergo hoc ens, eiusque potentia hæc participata à Deo est: ergo, secundum quod perfectionis sine imperfectione dicitur, seu, quatenus ab imperfectione decocta est, atque intelligitur,

ORTEGA
M. J. PARRA
D. VILA

ligitur, in Deo est: ergo poterit illud possibile ab hac Dei potentia esse. Secundo, si ab alterius potentia, ac non à diuina illud aliquid possibile esse poterit: ergo limitata ex ea parte potentia Dei est, ac non infinita: ergo ex infinitate potentia Dei inclinatur ad extra recte interius Dei omnipotentia. Quod probationi primæ illationis responderi poterat confutabitur in subiicienda iam demonstratione deducta ex illa etiam de ente à se, & causa prima huius vniuersi.

5. Tertio demonstratur ex eadem citata demonstratione: quia causa prima creatorum necessario adest ei potentia productiua immediate omnium, quæ de facto creata sunt: ergo adest ei potentia productiua omnium creatorum possibilem: duplex illatio in hoc discussa est, atque utraque necessaria, & legitima ostendenda erit, ut discursus conuincat, atque euasiones tactæ in questionis præfatione omnino immobiliter obtineant. Prima est potentia immediatæ actiue creatorum omnium, quæ de facto sunt ex prædicato iam demonstrato in Deo causæ primæ eorum: quia ostensa secunda equaliter immobiliter placetur. Huius autem consequentiæ legitimitas, & necessitas ostensa satis est n. 4. probatione 1. Dices tamen eam rationem præ continentia virtutis & potentia actiue immediate creatæ in causa prima increata non inferre in causa prima virtutem actiuam immediatam eorum omnium, quæ de facto creata sunt. Non enim ex virtute productiua potentia vitalis, quæ proximum principium actuum vitalium est, inferitur in Deo, qui eam produxit, esse virtutem actiuam proximam vitam actuum nostrorum vitalium; imo hanc in Deo esse repugnat. Sed certe consequentia legitima est, atque, ut talis, à Theologis omnibus admittitur. Cum enim proxima actiuitas, ut sic, perfectionem sine imperfectione, vel potius nullam imperfectionem dicat, atque quidquid ab alio principaliter æquiuoce est præ contineri debet eminentiori modo formaliter in illo, manifeste sit, virtutem omnem actiuam proximam creatorum, quæ imperfectionem non dicat Deo assignandam esse. In potentia autem, seu principio proximo vitali creato, & est proximitas agendi, & modus agendi immanenter, siue recipiendo in se actum, & actionem (si ab eo distinguitur) qua fit: hoc autem imperfectionem dicit principij receptiuum, & subiectum, quæ Deo proinde repugnat: quæque non ex virtute actiua immediata creaturæ, quæ tali venit, sed ex imperfectione modi operandi, & principij passiuui viuentis: quare nec Deo proxima actiuitas repugnat: sed necessario admittenda in eo est ob rationem datam: sique immediate nobiscum ad actus vitales concurrere Deus admittitur: quin inferatur, quod eos debeat positius recipere: sicuti, neque, quod possit, aut debeat esse subiectum, aut materia, ex eo quod materiam omnem, & subiectum producat, quia hæc imperfectionem inuoluunt.

6. Iam vero illationis secundæ (quod, si ad omnia possibile, quæ creata de facto sunt, potentia actiua Dei extendatur, etiam ad possibile omnia, seu in se non repugnantia) necessitas ostenditur, atque euasio prima præoccupatur. Primo enim extendi ad possibile omnia earundem specierum cum creatis euidentissimum est: ut propterea hispano proloquio dicatur: *quien hace un cesso, hara cie*: milleque exemplis artificum probari aperitissime poterit. Sed vniuersim de omni possibili, cuiusvis speciei sit, ostenditur. Quia titulus, quo Deus ad possibile creata, quæ de facto creata sunt, concurrunt, est ratio entis non à se, sed alio indigentis, ut sit: atqui hæc ratio communis est omni enti, quod essentia sua non includit negationem essendi (cuiusmodi solum est chimæra, & impossibile) ergo in omni ente possibili est titulus, & ratio, quam Dei potentia actiua respicit, cuiusque titulo Deus ad illud concurrere, illudque agere queat. Ergo in Deo est potentia actiua respectu omnium possibilem, & non repugnantiam, seu implicantium contradictionem. Hæc ratio est, quam instruit S. Thom. 1. contr. gent. c. 22. argumento 2. licet non satis illam nonnulli Thomistæ calluerint: cententes S. Thomæ doctrinam esse Deum ad solum entis prædicatum concurrere: quasi actio physica præcisiua prædicatum effectus esse possit: cum vix id actioni intentionali, seu cognitioni, imo, ne vix quidem, à plerisque concedatur. Sed tamen titulum solum concurrere, & actiuitatis diuinæ, non autem effectum, entis præ-

dicatum ibi designauit S. Thom. ac proinde dixit ens esse, effectum per se, & proprium Dei: non, quia illud solum prædicatum in rebus agat, sed, quia illud ratione sui, & per se formaliter à Deo fit in rebus: cetera vero ratione, & titulo illius, solumque materialiter, & identice: quia, illi identificata cum sint, nequeunt non simul cum illo prædicato fieri.

7. Præter hæc autem alix etiam sunt, quæ efficaciter diuinam omnipotentiam summamque Dei potentiam suadeant. Primo enim facilitas summa, qua vniuersum hoc Deus produxit, verbo scilicet solo, Genes. 1. & Psal. 148. summam eius potentiam, seu omnipotentiam suadet. Secundo: quia, qui tot, tamque varia, & pene innumera produxit, quæ nouimus, & multo plura, quæ nondum nobis ex ignotis orbis plagis propalata sunt, nonnulli ex summa arte, & potentia, cui nihil non subiacet, se gere in vniuersi productione potuit. Tertio: quia ex nulla supposita ipsi materia, vel extrinseca virtutis iuuamine, ac proinde omnino ex nihilo, seu non esse puro rerum. Nulla autem maior potentia esse ex cogitatione poterit, ea, quæ res ex non esse puro earum, seu puro nihilo, ad esse poterit traducere. Quæ enim longissime ab esse distant summa virtute, ut ad esse trahantur opus habent. At, quæ neque in potentia materia, neque in alia quapiam sui causatiua virtute sunt, sed in puro nihilo sui, longissime, ac distantissime ab esse sunt: ergo summa virtute actiua; ut trahantur ad esse opus habent. Dices hanc rationem, vel implicare in terminis, vel nihil probare: si enim omnis causatiua virtus etiam actiuam, complectatur, non erit potentia actiua rerum in Deo. Nam eam semoueri oportet, ut quæ ante creationem non erant, in puro nihilo sui essent. Si autem virtus causatiua eam non includit, ratio videtur leuis: nam concurrens causæ materialis receptiuum, seu passiuum supplere virtute creata aliqua non iudico impossibile. Multa hic de creatione, & potentia creatiua dicenda essent, non vulgaria, sententia autem quasi dogmaticis in Philosophia non solum consona sed necessaria. Ne tamen ea propriis extrahamus sedibus, ad difficultatem præsentem dico. In exelusione omnis virtutis causatiuæ necessaria ad purum nihil actiuam etiam virtutem includi, non eam de qua disputatur, sed alterius cuiusvis agentis, & cuius exelusione recte inferitur Dei virtutem actiuam summam esse debere: quia quidquid alterius actiuitatis in aliis non solum esse, sed cogitari potest, ut rerum esse in aliquo sui præcedere extra Deum intelligeretur, in solo Deo est, in quo purum nihil non sunt. Cum tamen tam in se, quam in reliquis causis earum, quæ nullatenus præcellere, purum nihil essent.

CERTAMEN II.

*Nonnullis difficultatibus occurritur, &bi
amplius omnipotentie essentia, &
infinitas explicatur.*

1. Dices primo: iuxta dicta omnipotentie obiectum, seu adequatum terminus in tota sua latitudine est, quidquid possibile est: ergo nequit naturali ratione demonstrari: imo nec probabiliter suaderi. Ex quo liquido apparet rationes omnes efficaciores, quas efformauimus ex naturalibus principiis deductas, ac proinde naturales rationes, imo demonstrationes, appellauimus fallaces vniuersim esse. Probatur consequentia illa: quia intra latitudinem possibilem plura supernaturalia continentur. Vel ergo probatur ratione naturali ad hæc potentiam actiuam Dei extendi, vel non: si non probatur, non probatur omnium possibilem potentiam, seu omnipotentiam in Deo ratione naturali: si probatur: ergo probatur lumine naturali possibilitas supernaturalium fidei mysteriorum, quod est absurdum: quia, si id probetur, non probatur extendi Dei potentiam ad omnia possibile. Secundo: quia semel ex ratione naturali statuto Deum posse omnia possibile, facile colligi potest hæc, & plura alia posse. Multa circa hanc difficultatem Soar. d. 30. met. scilicet, 17. à n. 24.

a. Breuiter

2. Breuiter tamen, ac dilucide respondeo: rationibus datis nec demonstrari potentiam actiuam Dei extendi ad omnia possibilia secundum peculiare rationes, seu materialiter sumpta: sed secundum rationem communem possibilitatis, seu non repugnantiam, quæ abstractit ab eorum naturalitate, vel supernaturalitate: ac proinde opus non esse, ut naturale, vel supernaturale, quæ talia, cognoscantur, ut ad omnia possibilia, quæ possibilia, illam extendi, demonstretur. Licet materialiter, & identice supernaturalia plura è possibilibus sint. Vnde patet ad secundum: statuta enim extensione omnipotentia ad omne possibile, quæ tale, adhuc aliunde cognoscendum est, quodam enim modi possibilitatem habeat, seu materiale possibilitatis, ac non repugnantiam, ut ad illud extendi omnipotentiam inferatur. Id quod ex naturalibus principiis dignosci nequit de entibus supernaturalibus, maxime quoad substantiam: quia, eis solum principiis stando, repugnantia & impossibilitas eiusmodi supernaturalia videbuntur.

3. Argues secundo. Possibilia, ut possibilia, sunt obiectum, seu terminus omnipotentia: ergo terminus formalis, seu formale obiectum omnipotentia est possibile, seu rerum possibilitas quæ talis: atqui rerum possibilitas, seu possibile, ut possibile, est ipsa omnipotentia, à qua formaliter possibile est possibile, seu, quæ est formalis possibilitas creaturarum: ergo omnipotentia habet pro termino, seu obiecto formali seipsam: quod implicat. Hoc argumentum vni habet contra Recentiores, qui omnem possibilitatem rerum cum omnipotentia realiter formaliter identificant, contra quos certauimus q. 4. Alij communiter respondent. Possibilitatem rerum aliam esse rebus intrinsicam, quæ est rerum non repugnantia, & quæ non constituitur omnipotentia Dei formaliter, seu tanquam à forma: aliam vero extrinsecam, quæ ab omnipotentia, tanquam à forma, extrinseca denominatio est: Et hanc non esse terminum, seu obiectum formale omnipotentia, ut probat obiectio: sed primam, de qua id non probat: sed adhuc contra hanc solutionem, quia quiescere difficultatem omnes putant, argui non possunt potest.

4. Possibile, ut possibile, ad quod terminatur omnipotentia, est possibile creatum, seu creabile, atque ab alio, quæ talis: atqui, quæ creabile, & ab alio possibile, non includit solum non repugnantiam essendi: sed, & non repugnantiam essendi ab alio, seu creabilitatem, quæ ab omnipotentia, tanquam à forma est: ergo in termino formali Omnipotentia ipsa Omnipotentia clauditur, ut obiectio contendebatur. Maior videtur certa. Primo: quia, si sola non repugnantia in se, atque, ut præfinit à creabilitate, seu non repugnantia essendi ab alio, esset obiectum formale omnipotentia, cuiusque ea non repugnantia ut sic, & præfinit conueniret, & competere esse terminum omnipotentia: quare, & Deus, in quo non repugnantia præfinit adest, terminus, & obiectum omnipotentia esset. Secundo: quia conceptus entis, seu essendi à se, vel ab alio indiuisibiliter sunt conceptus primo, ac se totos ex parte obiecti, seu formaliter, & metaphysice diuersi: quorum primus indiuisibiliter formaliter, & est conceptus entis absolute, & simpliciter talis, alter vero entis secundum quid: sicut de substantia, & accidente dicitur: alioqui Deus in prædicamento sub genere vniuersalissimo entis poni cum creaturis posset contra superiora à nobis dicta. Tercio: quia, quousque ens non à se, sed ab alio possibiliter concipitur, non concipitur capacitas obiectiua essendi ab alio: ergo obiectum omnipotentia claudit conceptum non solum entis, quod non includit non ens, seu negationem entis, quod est ens non repugnans, atque excludens contradictionem, sed entis ab alio. Demum (cum repugnantia, & contradictio in nullo ente sit ex conceptu entis præfinit, sed, ut coniuncto cum aliis prædicamentis alterum alterius negationem inducat) spectandum est ad obiectum omnipotentia statuentum illud à se, vel ab alio, ut alterum ab obiecto omnipotentia excludatur, quia à se est, quod contradicit esse, seu enti ab alio: alterum vero in eo obiecto includatur, quia ab alio est ens; & cui à Deo esse non repugnet.

5. Hæc ratio prædictis fundamentis innixa ab scholasticis, vel neglecta, vel minus attenta, seu interea meditatione prætermissa, summa, me iudice, in re præfinit videtur: & cui dilucida, intensiori discursu, ac subtiliori metaphysica sit opus. Et quidem, licet de maiori propositione (ex suppositione terminationis omnipotentia ad possibilia creata, quæ possibilia) minus metaphysici, atque Patrum, & Theologorum sententia, quam nos, additi dubitare possint: tamen ob rationes attractas, & communem Patrum, & Theologorum doctrinam, de Dei exclusione à prædicamento cum creaturis communi, concedenda sine dubio maior illa argumento est: neganda vero minor: nimirum prædicato entis ab alio, quæ ab alio Dei potentiam actiuam, seu omnipotentiam; tanquam formam denominantem, terminumque metaphysice formalem formaliter concerni: in hoc enim, quod est esse ab alio, solum concernitur potentia actiua respectu rei, quæ ab alio esse potest. Licet enim re vera creata omnia à Deo, etiam immediate, esse possint; non tamen ab eo solum possunt immediate esse, neque secundum totam eminentiam diuinæ actiuitatis, & potentia, omnipotentia diuina formaliter egent; licet ratione perfectionis diuinæ realiter illa egent. Vnde probata ratione potentia actiua diuinæ, & possibilitatis creaturarum ab alio, aliis inductis discursibus ad ea omnia se extendi probandum est: quo satis ostenditur possibilitatem creaturarum ab alio, quæ ab alio etiam, non à potentia actiua Dei formaliter, neque, ut à termino essentiali respectu ab alio metaphysice delumit. Secundo: etsi capacitas essendi ab alio creaturarum possibilitas esset essendi determinate à Deo, ac proinde possibilitas eius capacitatis ipsarum terminus essentialis potentia actiua Dei foret, non inde inferretur Dei potentiam actiuam ad seipsam terminandam esse, quia, quod terminatur ad aliquid natura sua respectu, ad terminum respectu huius termini sui terminari nullatenus debet: ut in mutuo respectu omnibus patet. Solum inferretur neutrum sine altero consistere posse, quia mutuo connexa essentialiter sunt. Tercio demum omnipotentia ex natura & conceptu suo respectiua possibilitatis creaturarum non est, sed ab ea omnino independens, etiam tanquam à termino, ut statim dicam, fusiulque ex instituto monstrabo. q. 3. quo omnia quiescunt negata maiori argumenti efformati. 4. quam ex suppositione solum ab aliis asserta determinatione omnipotentia ad possibilitatem creaturarum solummodo, & notanter admitti.

6. Iterum argues possibilia creata finita sunt: ergo in ordine ad illa nequit esse, conuenire potentia actiua Dei infinita. Patet consequentia. Nam ad finitum terminum, seu effectum finita sufficit actiuitas, & potentia. Duplitter respondeo negando consequentiam. Primo: quia, si omnium possibilitum creatorum causa, & singulariter, & coniunctim respectu totius etiam coniuncti possibilitum, atque ea principalis sit, ut Deus: quod omnia possibilia plura, & plura, ac proinde, ut minimum, infinita synecdochematically potest, infinita virtute (ut sæpe ad simile argumentum dixi) potest quod ipsum de præfinita eminentia priori metaphysice ad actiuitatem dictum puta, & de continentia ideali, & exemplari omnium possibilitum, quæ in Deo est. Secundo negatur eadem consequentia. Neque enim adequatus omnipotentia terminus, ita sunt possibilia, ut ultra ea, quæ de facto possibilia sunt, Dei virtus, & potentia actiua Dei, quantum ex se est, non extendatur. Ita, ut, si impossibilia omnia ad non repugnantiam, seu possibilitatem traducerentur, quatenus ex parte Dei est, potentia eadem ad illa produceret, ita satis non esset: sicut de immensitate, & æternitate ad spatia loci, & durationis ultra possibilia omnia per imaginationem, & rationem nostram chimerice posita, quatenus ex parte Dei est, replenda sufficere dicebamus. Et ratio à priori est: quia neque hæc spatia realibus, neque omnipotentia à rebus veris, ac possibilibus adhuc, ut possibilibus, tanquam à terminis pendent in sua essentia, siue physica, siue metaphysica, sed à se suo modo sunt, atque illimitatione entis diuini commensurari debent: non autem extrinsecorum magnitudini; licet, ut expedita ad operandum sit, non solum quatenus de se est actiuitas, ac intrinsece, sed etiam ex parte extrinseci, quod extrinseca actio Dei concernit, necessario possibilitas expectetur rei faciendæ, siue qua actio nequit esse possibilis, etsi tota Dei actiuitas persisteret. Ex quo etiam constat infinitatem potentia ad possibilia finita solum minime superflue: quia non propter illa efficienda, sed ex perfectione, & necessitate in Deo est.

ORTEGA
In A. part
D. VIa

7. Denique opponitur siue possibilia siue finita, siue infinita, si omnia potest simul: ergo omnia simul efficere poterit: hoc autem repugnat, quia exhaustiretur potentia Dei, si aliquid viterius efficere posset, quod repugnat infinitati: maxime, si possibilia finita sint: si autem infinita, posset infinitum in actu efficere, quod etiam repugnat. Hoc argumentum distinctione vulgari similitudinis actus, & potentie prorsus evanescit: à similitudine enim potentie ad omnia possibilia, quam in Deo pro antecedenti fatemur, ad similitudinem actus, seu actionis omnium eorum, quam argumentum contendit, consequentia non tenet, ut in potentia intellectiva, & volitiva animo nostro identificata, simulque ad omnes suos actus, quos tamen omnes nequit simul exercere: & in potentia ad motum localem omnem, quæ simul in vivente est, nec tamen simul motus omnis valet exerceri. Et ratio est: quia potest esse in conjunctione omnium, vel aliquorum possibilibum simul repugnantia, ut in durationis successu partibus: ac proinde potentie defectus non est, quod simul actu coniungi nequeant, sed eius conjunctionis repugnantia, ad quam potentia nulla extenditur.

8. Carcerum, etsi respectu eorum, quorum conjunctione simultanea repugnat, solutio consistat, respectu tamen aliorum omnium possibilibum, quorum alterum negationem alterius essentialiter non importat, tenet omnino in re præsentis opposita consequentia: cum respectu illorum, quod simul produci à Deo non possent, in defectum potentie Dei necessario proveniret: cum eorum omnium conjunctione possibilis absolute, ac non repugnans sit: ac proinde, si ad id potentia Dei non extendereetur, omnium possibilibum potentia, siue Omnipotentia non esset. Quod si in nullius est possibilibus cum aliis conjunctione simultanea impossibilitas, & repugnantia adesset, omnia possibilia simul produci à Deo posse fatendum ex dictis necessario foret, quin rationes oppositæ quidquam præstent. Illud de exhaustionis si ad modum valis intelligatur potentia sua exhausti Deum, est ignorantia crassa argumentis: si ex extrinseco effectu, & actione idem est, atque conclusio, quæ impugnat, scilicet Deum simul semelque efficere omnia, quæ fieri, & esse simul non repugnant: quod non repugnare certissimum est. Dices repugnare potentie infinitæ, ac omnipotentie nihil viterius factis etiam in eo casu facere posse. Negatur tamen facile: cum viterioris effectus impotentia ex parte ipsius repugnantis in se, non tamen potentie infinitæ Dei tunc esset.

9. Secunda ratio: quod posset Deus infinitum in actu, & categorematice efficere, si admittatur possibilia eo infinitatis genere infinita esse, non est consequens repugnans: sed necessarium, ut dixi. De possibilitate autem cuiusmodi infinitatis, eiusque repugnantia disputare, nec locus præsens, nec animus est: admittaque repugnantia non tenet consequentia. Tunc enim defectu obiecti, seu termini à Deo infinitum in actu effici non posset. Hic etiam disputatur extra rem, & chorum, an Deus possit efficere species, refutæ alias ab his, quas de facto produxit negantibus cronee Abailardo, VViclepho, aliisque hæreticis, an saltem adeo perfectam speciem possit semel producere, quæ nequeat producere perfectionem? docent Duran. in 1. d. 44. q. 2. & 3. Aureolus apud Capreol. ibi. Atque inclinare videtur Scotus in 3. d. 13. q. 1. Hoc autem totum ex repugnantia, vel non repugnantia in se rei, aut speciei create summe perfectæ pendet: non autem ex activitate potentie Dei, quam ad omnia possibilia extendi diximus. Eiusmodi autem, similiumque repugnantiarum plurimum in creatis examen proprias in Philosophia habet

sedes.

QVÆSTIO II.

Quidnam metaphysicè Dei Omnipotentia sit?

DE Hysicæ loquendo, quidquid formalitatis in Deo, siue essentialis, siue attributale est, Deus est, ut ex eius simplicitate, & vniuersa unitate Dei supra contra omnem compositionem, quæ substantialem, siue accidentalem demonstrat euidens est. Quare de essentia physica omnipotentie, alterius prædicati, aut attributi diuini questio esse non potest: ac proinde de metaphysica solum essentia omnipotentie inquirimus.

CERTAMEN I.

Aliorum sententia reuincuntur.

1. Prima sententia docet in actu scientiæ diuinæ, non quidem, quatenus obiecti facienda formalis representatio est, sed quatenus practicum imperium faciendum est, diuinam omnipotentiam, seu causam proximam creaturarum esse: cui fatet D. Thom. 1.2. q. 17. aliter imperare ad intellectum spectare: atque illa: *Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux &c.* & illud: *Ipsæ dixit, & facta sunt*, quæ recitabamus q. 1. cert. 1. Insuper: quia operari per intellectum perfectissimum operandi modus, ac proinde Deo proprius videtur. Sed enim imperium illud potentiam applicans ad opus debet esse, vel cognitio, aut iudicium Dei, si ad ipsum sit, vel externa aliqua locutio, si sit ad alia. Intellectus enim potentia adæquate, & essentialiter cognoscitur: ac proinde nequit esse imperium hoc, nisi per modum iudicii ad ipsum Deum imperantem sit, aut per modum iudicii ordinari ad alios, si sit ad illos. Neutro autem modo posse esse iudicium Dei potentiam actiuam Dei facile suadet. Non ad ipsum Deum: quia tale iudicium, vel est iudicium de re facienda, seu factibili antequam fieri decernatur: Et sic non est ratio proxima agendi in Deo: cum post illud sit decretum ante operationem ad extra: nec determinet ad opus, cum relinquat indifferentiam voluntatis diuinæ ad opus decernendum: imperium autem omne ad opus determinet. Sed neque post decretum (quod plane volunt huius sententiæ Doctores) potest esse iudicium, seu imperium illud respectu Dei ad opus impellens proxima ratio agendi in Deo ad extra. Quia solum applicare potest iudicium imperantium potentiam proximam imperantis sibi ad executionem: ergo ipsum potentiam executionis rerum in Deo non est: alioquin seipsam applicaret, quod repugnat: scilicet, esse applicationem sui ipsius: ergo alia est potentia proxima executionis rerum in Deo.

2. Secundo. Iudicium illud, quod post decretum imperium ad Deum sit impellens ad opus liberum necessarium, & contingens erit: cum tamen omnipotentia necessaria Dei sit. Tertio solum esse potest iudicium de existentia decreti, vel de necessitate executionis eius operis, quod decretum iam est: totum autem hoc, & speculationum, & pure est existentie, & efficacitæ diuini decreti, non practicum, & imperantium. Et inepte imperatum esset de re nimirum necessaria, & inevitabili per antecedens decretum. Ac rursus: quia, vel est aliquid aliud viterius applicandum in Deo ad opus, & hoc erit potentia proxima operandi in eo: vel non est, & iam nihil erit cui, seu ratione cuius imperare sibi possit operis executionem. Denique iudicium hoc imperantium, seu imperium iudicii post voluntatem efficacem operis respectu ipsiusmet iudicantis & operantis (quicumque operaturus simul, & iudicans sit) inuicem

universum esse omnino impossibile ostendimus controuersum. Et enim dictaminis representatio ad potentiam executionis non cognoscitur omnino esse impossibilis, & intentionalis motio per illam (est enim iurdo, vt aiunt fabellam narrare) quare nullo alio modo moueri potentiam exequentem cuiusvis, quam imperio decreti voluntatis despotico per motionem sympathicam ibidem ostendimus: intellectusque motio hæc sympathica facillima est in nostra sententia potentia animæ ab ea realiter non distinguente; licet in opinione eas ab anima distinguere non sit difficile, sed mille exemplis illustris. Ex quo à priori ostenditur nullum iudicium Dei, quod post decretum Dei de effectu quouis sit imperium respectu Dei ipsius esse posse: multoque minus potentiam Dei proximum operandi ad extra, siue omnipotentiam diuinam, quod iunc solum contendebamus.

3. Inde vero probatur facile iudicium diuinum ad res ipsas producendas ordinari non posse, tanquam imperium, & proinde nec potentiam proximam earum: imperium enim cognitiois, & locutionis, non nisi ad cognitionem esse, dirigere potest, quin iurdo fabella narratur. Deinde, quia ad eos solum imperium esse proprie potest, in quibus propria obedientia potest esse. Ex rebus autem producendis plura, imo pleraque, non solum non cognoscitur, & insensibilis, sed & inanimata sunt, quibus obedientia repugnat: ergo respectu horum nequit esse eiusmodi imperium, & actiua proxime potentia Dei. Vnde neque respectu rerum cognoscitur, & intellectus, cum eadem sit omnipotentia Dei formalis respectu creaturarum omnium: atque in nostris veris principis formaliter etiam, & metaphysicè indiuisibilis obiectiue. Secundo imperium hoc ad creaturas si potentia Dei proximas producendi sit, propriiori naturæ ad ipsam esse, & existentiam est: ergo etiam ad eas, quæ, cum primum sunt, cognoscitur essentialiter sunt, terminantur, & diriguntur cum nondum sunt: ac proinde nec cognoscitur sunt: quod, vt dixi, repugnat. Quod autem creaturæ Deo obedire, Deusque ipsis imperare, eaque, quæ non sunt, vocare, ac dicere, vt sunt, in scripturis dicantur, metaphorice negotium est, vt efficacia potentia, & voluntas diuinæ nobis insinuetur. Et certe metaphorice etiam hoc Dei ad creaturas omnes imperium, vt sunt in eius voluntate, non autem in actu intellectus constituitur aperte S. Thom. 1. p. q. 19. art. 4. q. 2. 5. art. 1. ad 4. art. 5. ad 1. Et certe quid actus intellectus diuini creaturis intimare poterit quæ, quantumuis intellectuales sine, diuinis actibus vt ad aliquid percipiendum minime possunt?

4. Secunda sententia docet omnipotentiam ad intellectus diuini actus pertinere, quatenus scientia Dei, quæ voluntatis actus præcedit, est idea, seu exemplar formalis possibilium, à qua applicata per decretum de re faciendâ perfectissimè modo res à Deo fit, sine alterius potentia exequentis interuentu; quæ in creatis artificibus vltimis requiritur, ob artis, seu ideæ creatæ imperfectionem. Dubio enim procul perfectior ars esset, quæ se sola artefactum efficeret. Ad eum modum exequenti potest tertia sententia huic affinis: Dei potentiam in idea, siue exemplari obiectiue (quod verbum diuinum est) constituit. Confirmarique possit illis Genes. verbis. *Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux*, & similibus pluries eo libro datis; & illis Psalmi: *Ipsè dixit, & facta sunt*: atque aliis. *Verbo Domini cali confirmati sunt*. Vbi Verbi nomine secundam personam Trinitatis communiter Patres intelligunt, vt sæpe ostendimus controuersum. Huius sententiæ meminisse videtur Duran. in 1. d. 45. q. 2. eamque sequitur satis impugnauit: neque admodum fortiter impugnari posse censet Soar. num. 43. Tertia vero hæc facile impugnatur: quia cum esse ideam obiectiui, & exemplar, seu verbum creaturarum personale filij sit, potentia actiua Dei ad extra siue omnipotentia personalis verbo esset, nec Trinitati communis, quod est hæreticum, & contra Athanasij symbolum. Quia vero ratione verbum ad creaturarum productionem, & communiter cum aliis personis per omnipotentiam concurrat actiue, & specialiter, vt exemplaris causa obiectiua intentionalis creaturarum, diximus citata controuersum idque solum citata testimonia, & Patres volunt.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

5. Secunda illius meminere idem Duran. in 1. d. 45. q. 2. ubi eam sequitur satis impugnauit, & Soar. supra num. 42. eam satis probabilem, atque impugnari difficilem aestimans num. 43. verum à num. 46. non admodum leuiter eam impugnare ex ipsa ideæ formalis, seu, quod idem est, artis natura, & essentia, quæ, si distincta formaliter, & metaphysicè à virtute actiua absolute ostendatur, etsi physice in aliquo aliunde identificata, vt in Deo, inueniatur, metaphysicè tamen, & formaliter diuersa à virtute actiua censetur. Quo posito sic eam sententiam secundam impugno. Essentia artis, & ideæ formalis solum dicit vim directiuam operantis ad opus exequendum; quo in genere, si infinita sit, quin ad aliud genus cauendi transcat, Deo omnino digna erit. Potentia vero, seu virtus actiua nullum dicit respectum ad directionem operantis, sed ad solam operis executionem, & effectum: ergo sunt diuersæ formaliter. Dices in Deo vtrumque formaliter, & metaphysicè coniungi. Tum ob artis, tum ob potentia, seu virtutis actiue perfectionem summam. Contra tamen: quia, si ex se hi conceptus formaliter metaphysicè differunt, cuiusvis summitas, & excellentia in sua linea esse formaliter metaphysicè debet; quin transcat ad aliam: licet physice omnia in Deo idem esse debeant ob eius simplicitatem, & physicam indiuisibilem perfectionem; alioqui nulla possemus diuinæ prædicata ab alijs formaliter metaphysicè diuidere, quantumuis e genere suo diuersa forent. Contra secundo: quia ex infinitate artis, seu ideæ formalis in sua linea, & potentia actiue in sua, satis intelligitur decens Deo prædicatum. Contra tertio: quia idea, & ars, seu vis directiua operantis ad agendum commotat formalissime potentiam eius, seu virtutem actiuam ad operis agendi executionem; cum tamen se ipsam formaliter commotare nequeat. Atque ex his etiam (vt absurdum erroris est) tertia illa sententia deductum cessaret) sententia tertia facile impugnaretur. Nam ideæ obiectiue motio, & causalitas tota obiectiua est ad operantem, & intentionalis, non autem physica ad effectum agendum e genere, & linea sua.

6. Quarta sententia præter intellectum, voluntatem etiam diuinam ad constitutionem Omnipotentia aduocat; vt ex viroque omnipotentia, quæ neutrum eorum seorsum est, constituta resisteret. Hanc e citandis pro voluntate diuinâ in vltima sententia amplectari videretur Ferrara, eamque expressè docet Vazq. d. 102. c. 3. atque dandis Aristotelis, & S. Thom. locis, additque Aristotelis ponderatione confirmat. An vero intellectus, & voluntas in actu primo, an in actu secundo omnipotentiam constituunt? censet Vazq. c. 4. intellectum in actu secundo, seu, vt scientia actualis faciendorum practica, & ars est, ad potentiam constituendam confluere: ac proinde intellectum non in actu primo, in quo remotior ab operatione est, sed in actu secundo. Contra vero voluntatem in actu primo, non in actu secundo, omnipotentiam constituere: quia decreta omnia de rebus agendis efficacia, quæ sola operantur, libera, & contingentia sunt, ac proinde necessariam Dei omnipotentiam nequeunt constituere, vt supra de imperio iudicij post decretum de re faciendâ haberi arguebamus. Sed certe artis diuinæ, seu scientiæ practicae, aut ideæ formalis ad potentiam Dei cum voluntate formaliter constituendam aduocatio supra impugnata est ea ipsa ratione qua Vazq. illam ad id aduocauit: quia artis munus totum non actiuitatis physicae, sed rationis intentionalis, & directionis est. Secundo: quia, vel in ea directione est efficacia actiua physica diuinâ, nec ne? si est adæquata actiuitas physica erit, ac proinde in ea sola erit potentia infinita, seu omnipotentia Dei, nec poterit formaliter ea, & voluntate diuinâ constare. Pater primum ex principio illo nostro sæpe repetito, quod prædicatum diuinum, cuiusvis generis, quæ diuinum, nequit non per denegationem termini etiam extrinseci infinitum esse.

7. Quinta sententia omnipotentiam formaliter extra omnia, quæ ad intellectum & voluntatem diuinam spectant, formaliter constituit: imo ante ea omnia: scilicet in prædicato entis, seu essendi infinito, quod omne ens creatum eminenter præcontinet per omnes, ita Soar. supra n. 47. probat. Quia, sicut calor eadem indiuisibili formalitate, qua subiectum formaliter calidum constituit,

calefactum etiam constituit, ac proinde eadem in illo formalitas est esse calorem, & principium formale actuum caloris in alio: & similiter, si ignis forma de se calorem in alio productiva esset, eadem formalitate, & ignem, & principium calefactum constitueret: ita in esse infinito diuino contingit, ut sua essentia, & formalitate, qua infinitum ens, atque omne ens possibile eminenter continens, constituit principium actuum ceterorum omnium entium. Confirmatur: quia, eatenus est Deus formale principium actuum ceterorum omnium entium, quatenus ea omnia eminenter in se continet, seu praetercontinet: atqui ea continet, seu praetercontinet, quatenus ens infinitum est: ergo quatenus ens infinitum est, est formale principium actuum ceterorum omnium entium, ac proinde infinitas essendi, seu essentiae est in Deo formaliter potentia actiua ad extra, seu omnipotentia creaturarum. Quod autem substantiis, siue entibus substantiis creatis potentia, & virtus actiua proxima superaddatur ob limitationem, & imperfectionem earum est: ac proinde, ne formaliter quidem, Dei essentiae, seu diuino esse est addenda.

8. Verum immerito Soarius infinitatem secundum essentiam, siue infinitatem entis diuini cum omnipotentia diuina confundit. Etenim omnipotentia ab omnibus ipso antiquioribus Theologis, imo & in symbolis, ut Dei attributum, atque extra metaphysicam Dei essentiam recensetur. Secundo, vel loquitur de infinitate secundum essentiam physicam, seu in genere entis, & essentiae physicae, (quo solum pacto attributum Dei infinitas eius per essentiam est, ut dicebamus d. 4. q. 1. cert. 4. n. ult.) atque eo modo implicat esse infinitam essentiam metaphysicam Dei formaliter, & metaphysice, cuius attributum, & passio metaphysice est: vel loquitur de infinitate Dei in genere entis, & essendi, seu per essentiam metaphysicam. Et neque hoc modo accepta infinitate in genere entis quidquam probat: licet in eo formaliter continentia omnis entis possibilis ab imperfectione superati imbibatur. Licet enim ad virtutem actiui principalem continentia omnium, quae in effectu sunt, vel formalis, vel eminentialis formaliter requiratur: in ea tamen continentia actiuitas effectus formaliter non est: alioqui nullibi ea continetur formalis, vel eminentialis aliorum formaliter reperiretur, quin actiuitas in illo principalis adesset, quod est aperte falsum: cum plures sint substantiae perfectiores, vel aequales perfectae, in quibus alterutra continentia formaliter est: cum tamen respectu aequae, vel minus perfectarum principalis actiuitas non sit. Aliquid ergo aliud actiuitas haec continentia est, ut ipse Soar. alibi facit. Continentia ergo, seu praetercontinentia alterutra requiritur, vel potius praerequitur, in causa ad actiuitatem: quia nemo dare potest, quod non habet. Vnde, si cut ad civilem potestatem absolutam donandi rei danda habitio, seu praehabitio supponitur pro priori, ita ad virtutem actiui ea praetercontinentia producendorum praesupponitur, ac proinde formaliter metaphysice differunt: sicuti in materia prima diuersa formalitas est posse pati, seu recipere formam & posse componere cum illa, licet in eadem materia utrumque physice, & realiter idem sit, ut omnes fatentur, atque respectu animorum nostrum, vnum esse altero materia habet.

CERTAMEN II

Voluntas diuina omnipotentia Dei tota formaliter est.

1. **S**exta demum sententia in voluntate Dei eius omnipotentiam formaliter ponit. Ex ea enim venit, ut res eo modo, & tempore sint, quibus Deus esse decreuit. In hanc, etsi aperte non icerit, inclinavit tamen Caiet. 1. p. q. 25. art. 1. Canar. q. 27. art. 1. d. 4. p. 2. docuerantque iam olim Scotus in 1. d. 37. q. 1. Bassolis in 2. d. 8. q. 1. §. quantum ad primum. Ferrara 2. cont. gent. c. 10. (licet c. 1. & 16. in alterutro scilicet, vel in intellectu, vel voluntate

fitam esse dicat) subscribo. Plura pro hac scriptura loca inducuntur, quibus Deus omnia in sua voluntate posita habere, atque iuxta voluntatis suae nutum facere in rebus, ac de rebus omnibus dicitur. Sed tamen vere haec dicuntur, etsi voluntas omnipotentia formaliter non sit, sed realiter solum: imo in nobis, etsi realiter à voluntate potentia executiua distinguatur, si tamen ei subdita sit, illius actus in nostra voluntate esse dicuntur. Inducitur etiam pro hac sententia S. Thom. citatis supra locis n. 3. sed certe Sanctus Thomas loquitur plane de identitate reali potentiae actiuae Dei cum eius voluntate, ut legenti patebit. Inducitur etiam Aristoteles 3. de anima c. 10. textibus pluribus, ubi ait, appetitum, imo & intellectum, localis motus animalis principium esse, licet corporeis facultatibus diuersis, dum corpori est immixtus, ad eiusmodi corporeos motus, ut instrumentis egeat. Ex quo inferri videtur (si separata esset anima, & vniuersum substantiae spirituales, & completae ut Angeli, longeque melius Deus) eiusmodi potentias, & instrumentis adhuc formaliter diuersis, eas ad suos effectus non egere, sed solum appetitu, seu voluntate sua adequatum principium eorum habere. Ceterum solum probatur in eis substantiis mere spirituales potentiam actiuiam realiter ab appetitu diuersam necessariam non esse, ut de Deo Aristoteles aiebat.

2. Ceterum. Licet haec Aristotelis, & Sancti Thomae loca, ea etiam ponderatione adhibita, non videantur amplius, quam negationem potentiae executiuae ad localem motum realiter appetitui spiritualium pure substantiarum superaddere probare; tamen nulla potentia, adhuc formaliter ab appetitu diuersa eas ad eum motum (si in aliis praeter Deum earum voluntati realiter superaddita non admittatur executiua potentia) egere, satis videtur ostendi. Etenim, cum motus hic earum substantiarum voluntati subiaceat, cuius volitioni efficaci subditur. Determinatio potentiae loco-motui earum per voluntatem efficacem, si vera determinatio, ac vera, & realis potentia alterius, adhuc formaliter à voluntate sit, praeuia vera, & realiter esse debet; aliter nequit esse vere praeuia alterius potentiae adhuc formaliter diuersae, si haec realiter cum voluntate identificantur: ergo ex identitate reali loco-motui potentiae Angeli cum eius voluntate recte inferretur vtriusque formalis identitas. Maior probatur: quia vera, & realis subiecto alterius determinationi nequit esse, ubi vnum, & alterum vere, & realiter non est, ut alterum alterius determinationem vere expectet; ut agat, & moueat actione sua. Minor inde claret: quia sola formalis distinctio earum facultatum cum reali identitate non facit vere, & realiter vnam, & alteram facultatem: ac proinde neque veram vnius subiectionem determinationi alterius.

3. Confirmatur: quia nihil eius determinationis est, quod non sit formalissime determinatio voluntatis, ac praeterea nihil reale est, quod vere obediat despotice, aut sympathice eiusmodi determinationi, quod voluntas ipsa vere non sit. Confirmatur secundo: quia, si eadem realiter vtrique facultas est, nulla est vera applicatio potentiae loco-motui ad motum per voluntatem, quae vere non sit applicatio voluntatis ipsius: quare, etsi, cum facultas exequens realiter diuersa est bene intelligatur verum munus voluntatis efficacis applicandi potentiam exequentem, cum tamen idem realiter haec cum voluntate aliterius cuiusmodi munus verum applicandi potentiam exequentem, quid vterius sit ab applicatione eiusdem voluntatis est imperceptibile: quod inde satis constat: quia ni in aliquibus potentia exequens diuersa realiter à voluntate, & appetitu deprehenderetur, chimærica potius eius per voluntatem applicatio censereur.

4. Iam vero, si è negatione realis diuersitatis potentiae loco-motui ab appetitu in substantiis spiritualibus: ac proinde ex impossibilitate vere, & realis subiectionis, determinationis, & applicationis vnius per aliam diuersitatis, formalis etiam, earum excluditur, atque identitas vtriusque metaphysica, & formalis probatur: potiori sane iure in Deo potentiae actiuae ad extra, seu omnipotentiae formalis identitas concedenda est; in quo realis earum identitas summa catholice debet admitti. Sed etsi ea formalis identitas potentiae executiuae, & appeti-

tuæ in creatis ex reali earum identitate non inferretur; in Deo tamen admittenda necessario foret. Cum enim voluntas diuina efficaciter increata actibus, decretisque propriis suis ex prædicatione voluntatis diuinæ fieri possit respectu eorum essentia sua efficaciam habet: si autem potentia alia exequente formaliter adhuc diuersa egeret, efficaciam è suo genere infinitam, & summam formaliter non haberet: quod cum efficacia diuina repugnat. Dices habere efficaciam in suo genere voluntatis applicandi nimirum potentiam exequentem: sed hæc, ni diuersa realiter potentia exequens sit, est chimerica efficacia. Et sane hæc summa agentis liberi perfectio est, ut nullius alterius, quam voluntatis sue virtute, adhuc formaliter omnia peragat, ut de suo Ioue nutu solo tremere fecisse Olympum Poetæ aiebant.

5. Dices cum Durando: diuinam voluntatem non esse principium proximum operationum: cum decreto medio creata operetur: & tamen Omnipotentia principium proximum operationum esse debet. Nego primam antecedentem partem. Ad secundam, quia illa probatur distinguo: medio decreto tanquam potentia, nego: tanquam potentia voluntatis applicatione, concedo. Dices iterum ex ipso: diuinam voluntatem æquè veritari, imo magis veritari circa Deum, cuius tamen potentia actiua non est, quam circa creaturas. Negatur facile consequentia. Est enim eiusmodi: non est potentia respectu eius, quod fieri nequit: ergo nec respectu eius quod fieri potest. Similiter non est potentia ad desiderandum Deum: ergo neque ad desiderandum creaturas. Arguit Soar. Deus non ideo potest producere quia vult, sed potius ideo vult, quia potest, ut recte S. Thom. quæst. 25. art. 5. ad 1. ergo potentia diuersa est formaliter in Deo à voluntate. Negatur consequentia. Neque enim potentiam, siue Omnipotentiam in volitione, sed in voluntate constitimus: ac proinde, quia potest producere, vult producere, quia nimirum eadem est potentia volendi, & producendi.

6. Denique dices volitionem Dei necessariam erga seipsum, & (ut aliqui volunt) erga creaturas posibles, mediare inter Dei voluntatem, & liberam volitionem efficacem de earum existentia: ac proinde in ea esse ponendam Omnipotentiam. Maxime, cum ex simplici complacencia erga possibilia videatur Deus moueri, ut eas existentia donare velit, sicuti ex complacencia amici ad volendum illi bona mouemur: quo inlatur nostri, quoad hanc partem, solutio Vasquezij: quod scilicet simplex illa complacencia non sit actiua, seu impulsiva ad opus. Si enim ad decretum efficacem, impellit ad opus. Negatur tamen antecedens. Dei enim volitio, & amor necessarius erga seipsum, atque erga creaturas posibles non mediat inter decretum efficacem de earum existentia, & diuinam voluntatem: tum quia possibile adhuc præcise, amor in Deo non est, ut tit. 2. controu. 4. videbimus: tum quia ad quodcumque obiectum comparatur eadem formaliter infinita Dei volitio, & amor indiuisibiliter est. Sicuti, & omnipotentia, ad quancumque creaturam comparatur, eadem formaliter indiuisibiliter infinita Omnipotentia Dei est ex parte obiecti, etiam per nostram rationem infestis: quia, sicut reliqua attributa diuina, quæ diuina è genere, & conceptu suo infinita per denegationem termini, extrinseci etiam, sunt, ut sæpè diximus: quo impugnata est sententia Soarij diuidentis per rationem potentiam productiuam vnus possibilis, à productiua alterius possibilis, ut videre in illo est n. 51.

QVÆSTIO III.

An omnipotentia, ac Deus connexus, an inconnexus, seu independens sit à possibilitate creaturarum?

STENDIMVS Deum esse ens à se, seu, quod idem est, à nullo tanquam à causa pendere posse: ac proinde nullius principij existentiam, ut sit,

pro natura priori supponere posse. Restat nunc pro ampliori, ac summa Dei independentia à reliquis entibus enucleanda, an saltem, tanquam à termino connexionis, seu respectus sibi intrinseci ad illas, à creaturis pendat: sicut actio à suo termino dicitur dependere. Et quidem creaturis existentibus inconnexum, & independentem, adhuc tanquam à termino, ab illis esse Deum ambigit nemo. Tum, quia, & Dei in illis exequendis libertas, & earum contingentia deficeret: ac proinde possibilia omnia semper ab æterno, & in æternum Deo coæva exitura exinde forent: contra experientiam euidentem, & certior omnino euidencia fidem. Tum, quia, quauis earum non existente Deus non solum defectibus conuinceretur, sed deficiens: quare, & Deum non existere, non ex vno solum, sed ex tot capitibus, quot sunt possibilia negotiationes, conuinceretur.

2. Cum autem præfata incommoda è connexionem Dei cum creaturarum possibilitate, quæ, nec contingens, sed necessaria est, nec libero Dei subiact decretum, minime inferantur; eius à creaturarum possibilitate, tanquam à termino dependentia liberius cuiusque videtur affirmanda: quare ipsius independentia à possibilibus tanquam ab intrinseca connexionis termino quæstioni adhuc videtur subiacere: & quidem sub vnus quæstionis nomine duplex Recentioribus, later quæstio pro connexionis duplicitate, physica nimirum, & metaphysica, seu logica, quam appellant. Primam nouimus omnes, respectumque realem transcendentem vnus ad aliud esse dicimus: cuiusmodi est in actione, tum ad termini, tum ad sui principij existentiam: atque vniuersum modi cuiusvis ad rem, cuius modus est. Logicam vero, seu metaphysicam illam vocant Recentiores connexionem consequentia, quæ ex vno prædicato ad aliud, cui reipsa identificatur, legitima efformatur consequentia: quæ quidem vera propositionum connexio est; non autem vera prædicatorum connexio, sed identitas: cum eiusdem ad seipsum vera connexio esse non possit. Sed quidquid de vera eiusmodi prædicatorum connexionem sit, de ea nihil nobis agendum in præsentiarum est. Nisi enim creaturarum possibilitas cum Deo, eiusque omnipotentia identificetur (de quo postmodum quæstione tota agemus, ac negotium partem contra Recentium argumenta obfirmabimus) dubio de Dei cum possibilibus metaphysica, seu logica connexionem locus non est. Quare de physica solum, realique ac vera connexionem Dei cum possibilibus creaturis tota hæc instituitur quæstio.

CERTAMEN I.

Deus nullatenus creaturis possibilibus physice connexus est; imo vero ab eis, etiam tanquam à suæ entitatis termino, est prorsus independens.

1. Physicam Dei cum possibilibus connexionem docuisse referuntur ex antiquis nonnulli, ut Caietanus, & Thomistæ recentiores; quorum tamen nemo non nostræ conclusioni assensum, ut apud profundum Doctorem, sagacissimumque alienarum mentium indagatorem Gabrielem Vasquez videri est 1. part. tom. 1. d. 104. cap. 6. n. 23. vers. verum, ut supra dixi. Ex Recentioribus tamen Dominicanis (quos Thomistas nominant.) Ita sanè docuere Bannez, Albelda, Ioann. à S. Thoma, quibus, & Lorca accessit. Ex nostris opinionis huius primipulus refertur eximius Doctor Franciscus Soarez 2. de attribut. cap. 25. & 26. cuius tamen mentem dubiam reddit Pater Franciscus Alfonso d. 10. physico. sect. 3. num. 38. verum in ea fuisse sententia certissimum, vel inde est, quod ipsi, sub Recentiorum nomine, impugnando citatum caput Vasquez scripserit: & coram cum simul ambo Compluti legerent celebri illo argumento de Dei necessario defectu si simia, vel eius figura deficeret, quod eo capite vers. 3. Manifesta ratione, ac deinceps Valq. persequitur, Soarium impugnasse oculos, & auritus Prouincie huius

huius Tolerantæ testes plures audiui. Idcirco Sorium secuti eandem sententiam ex nostris, non admodum vetustis, tenuere Salas, Thomas Pius, Herize, Fafolus, Tannerus, Zuniga, Ruiz de Montoia, Granados, Arriaga, Martinon, Ribas, Franciscus de Lago, Franciscus Amicus, quos sequitur nuperissime Ribadeneira de scientia d.7. cap.1.

2. Verum, cum plura sint in Deo prædicata, in eo assignando, cuius titulo Deus cum possibilibus creatis connectatur, citati Doctores minime conveniunt. Ex eis enim non adeo recentes ex prædicato omnipotentia eiusmodi connexionem Deo comperere cum Sorio putant: atque inde ex prædicato ideæ, ac verbi, quod in secunda persona Trinitatis, & omniscientia communis, ac diuinorum decretorum autumant convenire. Noster autem Antonius Perez à Castellana Prouincia, vir ingenij acumine nulli secundus, non solum ex eis prædicatis, sed ex prædicato entis à se, ac summè necessarij eiusmodi connexionem cum possibilibus creaturis in Deo suadere conatur speciosis adeo, atque subtilibus sophismatibus, vt nobiles quoque, tam suæ, quam Tolerantæ nostræ Prouinciæ Recentiores ad suas traxerit partes, ac reliquos contrariarum sentientes malè vexauerit. Ea tamen omnia (ne vterius contra veritates Theologicas in hac materia; atque in aliis ad quas fallaces illi arguendi modi facile traducuntur, militent) vergebimus certam.2. vbi ita ea diluimus, vt vitia formæ etiam deregamus.

3. Iam vero Deum possibilitati rerum creaturarum physice non connecti, imò vero ab ea, etiam, vt à termino, independentem profus esse, totius antiquitatis sententia fuit: ita expresse S. Anselm. cap.14. Monologij, S. Thom. 1. part. quæst.13. art.7. vbi Caiet. §. *quæ ad quartum*. Item 2. contr. gent. cap.12. vbi Ferrata §. *circa istam* S. Bonau. & Capreol. in 1. ad 30. qu.1. art.11. conclus.3. ad 1. Gregorij, & art.2. ad 3. Greg. Deza Hispal. art.1. conclus.3. cunct. & art.4. ad 1. Gregorij contra 3. concl. Agyd. Rom. & reliqui Thomistæ vetustiores, Scotus in 1. d.30. §. *Ad 2. questionem*, quem sectantur Scotistæ omnes, & Nominales. Greg. Okam. Gabriel, Aureolus, Pellancius, & Faber. His accessit Durand. dist. eadem. Ricardus, atque Henricus quodlib.9. quæst.1. Ac demum ex nostræ societatis Doctoribus Profundus Valq. citato loco, Arrubal, Becan. Raynaudus, uterque Hurtado Complut. & Salmantin. Albercin. Luis Torres Hemelman, Alarcon, quos reuli loco citando ex nostra controuers. de Trinit. Ouiedo. Franciscus Alfonso, & Ripalda: quibus adde Gamach. & Basilium Legionensem. Atque huius sententiæ fidem facit tor grauissimorum Patrum, & scholasticorum, non solum in sententia, sed, & in eius fundamenti consensus: id, quod uerba opinionis doctoribus minime leuè. Posuit autem illud Anselmus, atque magis ad scholas Scotus: illustrauit autem ad scholas etiam noster Vasquez: cique nos nonnihil lucis adiecit controuers. de Trinit. d.5. q.2. c.rr.1. n.2. adiciemusque in præsentia.

4. Est autem argumentum huiusmodi. Deus è conceptu, & existentia sua est ens summè necessarium ex iis, quæ esse, vel excogitari possunt: si enim aliud magis necessarium possibile, vel excogitabile esset hoc aliud esset Deus, non autem hoc, quod Deum esse dicimus. Atqui, si Deus connecteretur possibilitati creaturarum non esset ens summè necessarium ex iis, quæ esse, vel excogitari possunt: ergo neque esset Deus: consequentia est legitima. Minor autem aduersarij ipsi est certa. Siquidem relatio, & connexio sublati termino stare nequit: quare, si connexio cum possibilitate creaturarum Deo intrinseca, & identificata, & proinde Deus reipia est, sublata eorum, vel cuiusvis: etiam ex eis, possibilitate, Deus non existit, imò & repugnabit per locum intrinsecum: valebitque consequentia, Deus existit: ergo possibilis est creatura; atque ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis: non est possibilis creatura, v.g. simia cauda, vel musca: ergo neque est Deus. Vt aduersarij & admittunt, & contendunt. Maior vero nostri syllogismi ex terminis videtur nota, & ratione ibi subiecta satis probata. Sed tamen eam distinguunt aduersarij, est summè necessarium ens absolute, ac negatiue, concedo Maiorem: quia absolute necessario Deus est, atque existit, neque est aliud

magis necessarium possibile, vel excogitabile; comparative nego Maiorem: quia nulla est necessitas, intrinseca præteritum, maior altera imò neque esse potest.

5. In huius solutionis impugnatione tota rationis nostra virtus consistit: quare vnam necessitatem essendi posse esse altera necessitate efficiendi, siue non repugnandi, maiorem ostendendum nobis hic erit, ac proinde Deum esse ens summè necessarium eorum, quæ esse excogitative possunt etiam comparative. Id autem probatur primò: quia, licet necessitas rei ita excludat omnem physicam contingentiam, tam in rebus, quam in veritatibus; tamen potest suscipere magis, & minus. Vt enim citato loco de Trinitate ostendebamus: Certe propositio, quæ omnem etiam contingentiam excludit essendi rem aliter, ac enuntiat, magis suscipit, & minus. Nec valet id esse ratione mediocri, quibus innititur, certiorum; quia, si necessitas è suo conceptu maior esse non potest, neque id ab extrinseco poterit habere: tum etiam: quia ad prima principia veniendū, quibus propositiones deductæ innituntur, intrinseca ea maior necessitas vnius, quam alterius esse debet. Ac de fide aiebat Paulus certiorē de se esse, quauis euidentia illis Petri.2. cap.1. *Sed habetis firmiter prophetiam sermonem*. Atque eo quidem valde necessitas essendi, & impossibilitas non essendi, seu aliter essendi, à veritate propositionis, & æqualitate, ex qua arguunt, ad indiuisibilitatem necessitatis ita essendi, vel impossibilitatem, non ita, seu aliter essendi Recentiores Complutenses dilcordat. Illar enim in indiuisibili physico, ac metaphysico consistunt: vnde magis, & minus nullatenus suscipiunt; secus hæc, vt vidimus: nam possunt esse aliqua, tam intrinseca, quam extrinseca, quæ fortius oppositum modum essendi, longiusque propulsiunt: ac proinde, & necessitas, ita essendi, atque impossibilitas aliter essendi longius arceatur: quare, & propositionis, & rei veritas, atque esse, fortius, certiusque consistit. Vnde S. Thom.1. part. qu.2. art.3. quarta via Deum esse ostendit: quia in rebus inuenitur aliquid magis verum, bonum, & nobile: ac proinde, & esse debere aliquid, quod sit summè verum, bonum, & nobile, quod ipsum Deus est.

6. Atque inde etiam constat, cur, licet, quoduis suum contradictorium aq̃e excludat, atque aliud quodvis: ita, vt nullam contingentiam huius admittat, sed necessario illud excludat, faciatque impossibile: tamen non sit æqua necessitas in omnibus illud excludendi, reddendique impossibile: quia non omnium æqua est necessitas essendi. Vnde, etiam existentia Petri omnino eius negationem impossibilem reddit; at, quia minus constans est Petri existentia, quæ eius negationem excludit, reddiditque pugnantem, quia contingens est, non efficitur ea negatio absolute impossibilis: ergo, si Dei existentia maioris constantiæ, quam creaturarum possibilitas adstruatur, minus erit impossibilis impossibilitas creaturarum, quam non esse Dei: licet coniungi vtrumque extremum implicet: quia vt Petri, v.g. impossibilitas inducatur minus constans, ac fortis, minorque necessitas vincenda metaphysice foret, quam sit in existentia Dei, vt eius inducatur negatio. Confirmatur, & explicatur: quia ex prædicato creaturæ creatura possibilis supponit tanquam terminum suæ intrinsece possibilitatis Deum, licet non actu operantem, actu existentem; cum essentia sua Deus actu existens sit: ergo è conceptu suo Deus existens magis necessarius est, quam creaturæ possibilitas. Quod enim explorato ad aliud supponitur, magis necessarium est eo, ad quod supponitur, vt patet in conclusionibus, & præmissis, de quibus constans est illud Aristotelicum proloquium. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*.

7. Probatur secundo maior necessitas, & impossibilitas vnius rei, quam alterius: quia alioqui in eis, quæ contradictionem implicant, non posset vnum alio magis implicatorium, & falsum esse, quam aliud: at hoc est contra expressam doctrinam Aristotelis 4. metaphysicor. text.18. dicentis inter falsa, & ea, quæ contradictionem implicant vnum esse magis falsum, quam aliud. Et contra exempla manifesta: ergo necessitas, & impossibilitas vna potest esse alia maior. Exempla sunt plura, & obuia vnum solum, vel alterum proferam. Primum sit Aristotelis citato loco, vbi hoc exemplo suum axioma confirmat, *Magis enim, aut, falsum est dicere duo sunt mille, quam*

quam duo sunt quinque: cum tamen utrumque impossibile, & implicatorium sit, atque ex inde falsum. Secundum exemplum sit ex æqualitate impossibili, atque inæqualitate necessaria minoris quantitatis continue cum maiori. Licet enim eius, cum quavis maiori æqualitas impossibilis sit, & inæqualitas necessaria; tamen, quo minus & minus extremum utrumque commensurationis est: magis eorum necessaria est inæqualitas, magisque impossibilis æqualitas: v.g. templi cum toto cælo, quam cum toto orbe terrarum: quia, licet, per impossibile, toti terrarum orbi templum æquaretur, ac respectu illius inæqualitatem amitteret; tamen toti cælo necessario inæqualis maneret, atque eius cum illo æqualitas maneret impossibilis: quare, licet contingens æqualitatis templi, & impossibilis inæqualitatis respectu utriusque remota ab illo sit, at longius respectu calis remota est, quam respectu terræ.

8. Probatur tertio eadem maior necessitas, & impossibilitas metaphysica oppositi in vno, quam in altero: quia maior impossibilitas est identificandi, siue admittendi Deo peccatum graue, quam peccatum leue: & tamen utrumque est impossibile: ergo datur vna impossibilitas maior altera, atque necessitas oppositi altera maior. Probatur maior propositio. Vbi est maior ratio repugnantie ibi est impossibilitas maior. Atqui maior est ratio repugnantie identificandi, siue admittendi Deo peccatum graue, quam leue: ergo maior est impossibilitas identificandi, siue identificandi Deo peccatum graue, quam leue. Minor (quæ sola videbitur aduersariis probatione eger) sic probatur. Ratio repugnantie admittendi, siue identificandi peccatum Deo, est malitia peccati: hæc est maior in graui, quam in leui: ergo maior ratio repugnantie est admittendi, siue identificandi Deo peccatum graue, quam leue. Confirmatur primo: quia malitia maior magis opponitur Deo, ac proinde magis validiusque illud destrueret admissa, quam minor. Secundo: quia maius peccatum, & malitia magis improporcionata, distatque à bonitate Dei infinita, quam peccatum, & malitia minor. Quod si vna necessitas essendi, & impossibilitas non essendi, seu aliter essendi maior in vno, quam in alio esse potest: manifestum est summam, etiam comparatiue ad possibilitatem creaturatum, Deo concedi debere.

9. Denique probatur nostra sententia, & simul maiorem necessitatem, & impossibilitatem aliter essendi in vno, quam in alio esse posse. Etenim impossibilitas omnium possibilium maior est impossibilitate vnius possibilis: v.g. Petri: plures enim repugnantie, vincende sunt, vt omnia possibilia sint impossibilia, quam, vt solus Petrus sit impossibilis. Vnde in primis sit: posse esse vnam impossibilitatem altera maiorem saltem extensiuè: quo admissio nulla assignari repugnantia potest, vt maior intensiuè etiam non admittatur: imo ea in Dei negatione intensiuè maior, quam in alio quouis possibili facile ostenditur, quia Deus, vt minimum, ita necessarius est suo conceptu est, vt eius necessitas æqualeat saltem necessitati omnium possibilium collectivè sumptorum: ergo habet secum identificatam impossibilitatem non essendi, quæ æquet ad minus, collectionem impossibilitatum repugnandi omnium creaturatum simul: ergo intensiuè, ac identice est ens maioris necessitatis, quam sit necessitas cuiuslibet possibilis seorsim, & omnium cum in omnibus simul non sit necessitas possibilitatis, atque impossibilitatis non repugnandi intensiuè maior, quam in creatura vna, sed solum extensiuè. Ex quo rursus inferitur absolute maiorem, & perfectiorem esse repugnantiam non essendi, & necessitatem essendi in Deo, quam in aggregato omnium possibilium simul: argumento, quo probatur Deum perfectiorem intensiuè esse cunctis creaturis: quia continet in se identice, ac proinde eminenter, omnium simul sumptorum perfectionem.

CERTAMEN II.

Itur obuiam aduersariorum argumentis.

1. **P**rafata argumenta non pietate solum, vt autumant Recentiores, sed rigido etiam scholastico iudicio in connexionem, atque independentiam Dei à creatis possibilibus, etiam tanquam à termino, euincunt: fuerat quidem vnicum sententiæ aduersæ argumentum, è prædicato omnipotentie, & similibus, quorum voces respectum sonant, petiunt. Cui satisfactum hætenus fuerat in voce quidem respectum sonare, in prædicato vero Dei esse nullum; ac proinde omnibus deficientibus creatis possibilibus manuram intrinsecam Dei virtutem, quam ob vocum, non æquiuocum, defectum diximus esse virtutem producendi creaturas, si non implicent, quæque ab extrinseca creaturatum absoluta seu potius extrinsece etiam expedita ad agendum, virtus & potentia denominatur. Ita, inquam veteres aduersarij arguebant: atque ita eorum argumento fiebat satis. Sed iam Recentiores ita ex prædicato eodem omnipotentie nos impetunt, & vrgent.

2. Omnipotentia è conceptu suo est potentia productiua Petri, v.g. ac non chimæ: ergo è suo conceptu inferit distinctionem Petri, à chimæ: ac proinde possibilitatem Petri. Consequentia patet: nequit enim esse idem realiter, ne dum formaliter, potentia, & impotentia respectu eiusdem termini. Confirmatur, & impugnat solutio præcedens: quia omnipotentia, de se, est potentia producendi Petrum, si sit possibilis, secus, si sit impossibilis, vt dicebamus. Item de se est complebilis in ratione absolute potentie per Petrum possibilem, non autem per impossibilem, & chimericum: hæc autem aptitudo intrinseca Omnipotentie inferit necessario distinctionem Petri veri à chimæico: ergo Omnipotentia connectitur cum ea distinctione, ac proinde cum altero extremo, cuius est potentia, & quo constat tanquam parte distinctio. Sed negatur est antecedens primum de potentia absolute tali dicta. Confirmatio peccat in eo, quod ponit conditionem necessariam ad potentiam absolute dictam in antecedenti, nempe possibilitatem ipsam Petri, licet non affirmatam absolute formaliter, atque apprehensam in hypothesi, & æquiuacenter affirmatam ad illationem, vt in omni euenit conditionali: ex ea autem possibilitate supposita nihil ingenij habet, quod eadem possibilitas in conclusione deducatur. Nec inde probatur ex Deo intrinsecis inferri, sed ex seipsa. Est enim rerum possibilitas complementum omnipotentie absolute dictæ, extrinsecum quidem, & quod virtus, seu omnipotentia quoad intrinsecum absoluta, & actiua nec respicit, nec curat: quare ea possibilitas in hypothesi ponit in hypothesi omnipotentiam, non quoad intrinsecum eius, quæ absoluta à possibilitate omnino est, sed quoad extrinsecum, quo omnipotentia absolute dicta talis resultat, ac denominatur, cuiusque capacitate, passiva, vt fiat ad eius operationem actiua de se adæquate omnipotentia expediretur.

3. Vnde constat quoad intrinsecum Omnipotentiam non esse potentiam producendi Petrum, si sit possibilis: id enim esset non esse absolute, sed conditionate potentiam: ac proinde connecti cum possibilitate, vt quoad intrinsecum potentie absolute esset: Talis igitur est, quoad totum, quod dicit intrinsecum, & extrinsecum omnipotentia absolute dicta talis: quare falsum est omnipotentiam, de se, & quoad intrinsecum, esse potentiam producendi Petrum, vel quidpiam aliud, si sit possibile, vt assumebatur: licet omnipotentia absolute talis dicta, & quoad denominationem, quæ capacitate passiva, seu possibilitate rerum constat, potentia productiua Petri dicatur conditionate fore sub hypothesi, & conditione possibilitatis Petri. Sed inde solum inferitur ex hypothesi possibilitatis Petri Petrum possibilem distinguere à Petro chimæico; ac proinde idem inferri ex seipso, quod nullo eger discursu, neque aduersariorum intento conducit. Illud de comple-

ORTEGA
En la parte
D. V. la

bilitate, omnipotentia, seu aptitudine, ut compleatur possibilitate Petri, non autem chimera: si sermo sit de omnipotentia intrinseca Dei, complebilis non est: cum, quo ad intrinsecum, completa sit, si autem secundum quod dicit potentia absolute dicta talis nostro modo concipiendi, & quoad denominationem, est vera, sed contrahit complexum ex intrinseca potentia Dei, & possibilitate Petri, ex qua inferitur, & Petri possibilitas, & distinctio eius a chimera non autem ex omnipotentia quoad intrinsecum sumpta, ut contendeatur.

4. Eodem vicio plura alia sophismata laborant, quale est illud, Deus essentia, & ab intrinseca entitate connectitur cum hac veritate: *si Petrus existat cum suis praedicatis essentialibus Deus cognoscat illum ut existentem sine contradictione*. At hoc connectitur cum possibilitate Petri. Etenim ex eo, quod, si Petrus existat, cum suis praedicatis, cognoscitur a Deo existens sine contradictione, id ipsum possibilitas Petri est: ergo, & Deus essentia, entitateque sua connectitur saltem mediate cum Petri possibilitate. Maior est absolute falsa de Deo secundum intrinsecum sumpta. Ratione autem claudatur est vera. Item ex cognitione Dei, quoad intrinsecum sumpta, non inferitur Petri existentia sine contradictione, casu quo existat, seu, quod idem est, eius possibilitas. Sed ex ipsa, & obiecto, in quo eadem conditio, & possibilitas continetur: vade Petri possibilitas ex se ipsa inferitur, non ex Deo intrinseca. Nec alia eget solutione illud sophisma Deus a praedicato intellectui connectitur cum eo, *quod si Petrus existat ita sciat Petrus existere*, ut non ignoret eius existentiam: atqui inde inferitur ita Petrus existere, ut non deus eius carentia: quod ipsum est Petrus esse possibilem: ergo ex intrinsecis Dei inferitur Petri possibilitas, quod est Deum cum illa connecti. Sed tamen, ut dixi, & praedicato intellectui praecise non connectitur cum cognitione, & non ignorat existentiam Petri, sed ex hypothese ipsa, quod Petrus existat. Quod additur necessarium ut inhiat simpliciter, & de suo genere cognitionis diuina ad illam, sicut & ad creaturam obiecta sine sui extensione intrinseca extendatur.

5. Neque aliud est duorum sophismatum, quae ex parte diuinæ voluntatis, seu volitionis assumuntur a nonnullis. Primum est, Deus habet connexionem cum eo, quod nihil sit nisi eo volente, aut permitte: at nequit velle, aut permittere chimaram: ergo habet connexionem cum eo, quod non sit chimara. Ceterum Deus, secundum se solum, cum ea veritate, quae ponitur pro praedicato maioris, connexionem non habet: licet ea veritas connectatur cum Deo: continet enim essentialem dependentiam creaturarum a Deo, cuiusque voluntate in existendo: atque earum continet possibilitatem; quare, & connectio Dei cum creaturis inferenda, supponitur in maiori clanculum. Est enim huic aequalens. *Deus habet connexionem cum eo, quod si creatura existat deus decretem, vel diuina permissio*. Alterum est, *Deus de se atque ab intrinseco est determinatus, ut sua decreta habeant effectum*: ergo de se & ab intrinseco connexus est cum eo quod sua decreta non frustrantur: atqui, si Petrus existeret, & non existeret simul diuinum decretum frustraretur: ergo periret Deus, si Petrus implicaret, ac non esset possibile. Verum quis non videat falsum esse antecedens primum, & in terminis implicare. Etenim supponitur in illa existentia decreti, & creaturae decreti possibilitas, quae ad decretum de ipsa supponitur, ad quorum neutrum determinatus de se, & ab intrinsecis praedicatus Deus est: ac proinde, neque de se cum decreto in frustratione connexus, sed solum ex decreto liberi, & possibilitatis creaturarum suppositione: quibus nulla syllogistica artis ope possibilitas creaturae deducitur, quae in antecedenti supponitur.

6. Atque, ut semel clarius fallacia antecedentium horum, & similium de veritatibus conditionalibus, cum quibus Deus nonnexus de se ab aduersariis assumitur ad oculum pateat, aduerte impotentiam frustrationis decreti absolutam (quod ipsum de falsificatione diuinæ cognitionis suo modo dictum pura) duo includere, & inhiatam Dei potentiam, & perfectionem intrinsecam necessariam, atque indefectibilem, & possibilitatem creaturae, seu decreti: vnde Deum connecti cum in frustratione decreti

nihil aliud ex parte Dei dicit, quam connecti cum eo, quod existente decreto, seu possibilitate creaturae Deus, cuiusque intrinseca perfectio existat: non autem cum eo, quod non existente decreto, & possibilitate creaturae Deus, cuiusque intrinseca perfectio non existat, ut opus erat ad hoc, ut Deus de se, & ab intrinseco connexus cum creaturae possibilitate moustraretur. Etenim cum quodvis ex pluribus complexum alterius defectu necessario deficiat, & sola deficientia decreti seu possibilitatis creaturae deficiat in frustratione decreti, quin Deus, cuiusque perfectio intrinseca deficiat. Si autem decreti, & creaturae possibilitas (quae alterum ex constituentibus complexum illud est) non deficiens, sed esse, ac suo modo existere supponatur: cum nequeat complexum illud ex parte horum deficere, quae supponuntur, sed solum ex parte Dei, cuiusque intrinsecae perfectionis, quod vniue ex constituentibus complexum illud restat: atque hoc sit omnino necessarium, & indefectibile: sit sane ex suppositione decreti, & possibilitatis creaturarum connecti cum eo quod deus complexum in frustratione, seu in frustrationis decreti: sed hoc est idem formaliter, atque connecti (si ita de eodem ad seipsum loqui liceat) cum se ipso Deum. Etenim connecti vnam partem complexi cum eo, quod existente altera parte eiusdem, existat complexum, idem formalissime est, atque connecti illam partem cum eo, quod ipsa existat: cum nihil aliud sit existentia complexi, quam vniueque partis existentia.

7. Instatur adhuc ex praedicato Dei intellectui infirmo. Si Petrus existeret, & non existeret simul: legitime inferretur Deum cognoscere Petrum existere, & non existeret: atqui cuiusmodi cognitio esset chimara, ac insuper identificata cum Deo: ergo Deus esset chimara, si Petrus existeret, & non existeret simul, siue esset impossibile: ac proinde cum Petri possibilitate connectitur & praedicato intrinseco infinite intellectui Deus. Item cuiusmodi cognitio contradictorii obiecti esset falsa, ac Deo repugnans: ac proinde de positione cuiusvis obiecti impossibilis contradictorii repugnaret Deus. Verum cuiusmodi cognitio contradictoriorum, ex hypothese quod existant, falsa nunquam esset: cum ex se representaret illa, ut esse supponuntur. Sed neque esset ipsa chimara, sed obiectum, quod supponitur, & ad quod ex eius positione, & infinitate representationis suae, sicuti ad vera, ac non chimarica obiecta ex eorum extrinseca positione, terminatur: quas solutiones faciliores, ac veriores, iudicio eis, quae admittunt esse falsam, & chimaricam cuiusmodi cognitionem, quoad denominationem, atque ita Deum defecturum solummodo inferri. Etenim ex eo quod Deus chimaram, & ens rationis in hac propositione cognoscat, *si equus esset rationalis, esset risibilis*, ut communiter admittitur, nemo inferre somniabit Dei cognitionem, vel falsam, vel chimaricam esse: sed omnem fallaciam obiectiuam, & chimaricam rationem in obiecto sistere: neque ad diuinam cognitionem transire.

8. Clamant deficientibus creaturis possibilibus liberalitatem, misericordiam, iustitiam, & plura alia diuina attributa, Deoque intrinseca defectura, ac proinde tollendum e medio Deum. Ecquid autem aliud est ab intrinseco Deum cum earum possibilitate connecti, quam ad eius defectum necessario deficere? Respondetur facile non peritura cuiusmodi attributa, quoad intrinsecum earum, sed quoad materiam, qua, ut absolute talia dicantur, ac denominentur, seu potius exerceantur, opus habent ex omnipotentia: tandem ita sibi obiciunt ingeniosi Recentiores, si esset creatura, quae non dependeret a Deo legitime inferretur carentia Dei: quia non esset omnipotens: aut si Petrus existeret, ac non existeret, simul esset creatura independentens a Deo, ac proinde esset chimara: ergo eo casu deiceret Deus, minor parer. Si Petrus existeret, ac non existeret simul, existeret, ac non produceretur a Deo: quod ipsum est non dependere ab illo. Respondent ipsi non fore Deum, si esset creatura ab ipso independentens positue, independentia orta ab esse positio creaturae, secus independentia negatiua orta ab eo, quod creatura non sit quo solummodo Petrus existens, & non existens simul a Deo non dependeret. Verum facilius negatur minor. Nam Petrus existens, & non existens simul creatura non esset, sed chimara, quae nullatenus a Deo dependere potest nec Dei potentia, & arbitrio subiacere. Nam tam existentia crea-

turæ, quam eius negatio, cum veraque contingens sit, & Dei arbitrio, & concursu, siue positio, siue negatio pender, dummodo vitalis, ac libera creaturæ eiusmodi negatio non sit.

CERTAMEN III.

Alia Recentium eorundem argumenta.

1. VEnio iam ad Recentium argumenta: ea vero ex prædicato entis summe necessarij, ex quo Dei independentia omnis à creatura, etiam tanquam à conditionis termino, demonstrari tot retro sæculis visa Theologis est, à Recentioribus perunt. Primum, illudque apud ipsos validissimum est. Deus è prædicato intrinseco entis summe necessarij est possibilitas coexistendi Petro possibili, & impossibilitas coexistendi Petro chimærico: sed hæc prædicata inferunt distinctionem Petri possibili à chimærico: cum possibilitas, & impossibilitas identificate respectu eiusdem termini esse nequeant: ergo Deus è prædicato entis summe necessarij inter possibilitatem Petri possibili, ac proinde cum ea connectitur. Patet consequentia: quia Petri possibilitas nihil aliud est, quam distinctio ab omni implicatorio, chimærico, & impossibili. Maior probatur: quia quidquid necessarium est, eo ipso potest coexistere omnipotenti existere, cuiusmodi est Petrus possibilis: quod autem sit impossibilitas coexistendi Petro chimærico suadet: quia Deus, ex se, est impossibilitas distinctionis sui à seipso: sed si coexistere posset Petro chimærico, siue Petro existenti, & non existenti posset distingui à seipso Deus: ergo esset Deus potens, ac impotens simul coexistere Petro chimærico: ac proinde Deus implicatorius, & chimæricus. Minor probatur. Si Petrus existat, & non existat simul, ita existit, ut verum sit nullo modo existere: quare & verum erit Deum Petro coexistere, & nullatenus coexistere Petro: ergo distingueretur à seipso Deus. Probatur consequentia hæc hoc syllogismo in Darij: omne nullo modo coexistens Petro distinguitur ab omni coexistenti Petro: sed Deus est nullo modo coexistens Petro: ergo Deus distinguitur ab omni coexistenti Petro: quare & à seipso, qui Petro coexistens est. Alio item syllogismo in Camestres. Omne existens est simile Petro: sed nullo existens est simile Petro: ergo nullum existens est existens: ac proinde nec Deus est existens, cum aliquod existens sit Deus.

2. Verum, si argumentum hoc demonstratio sit, ut autem Recentiores, ac non, vii nos censemus, putas paralogismus. Primo: Deus non cum possibili bus solum, sed, & cum impossibilibus è prædicato summe sue necessitatis, intrinseco connectitur: cum non minus intrinseca Deo sit impossibilitas, seu impotentia coexistendi chimærico Petro, quam possibilitas, seu potentia coexistendi Petro possibili: ac proinde non minus inferunt ex extrinseco Dei prædicato impossibilitas chimæra, quam possibilitas creaturæ cuiusvis. Quod est omnino paradoxum, atque ridiculum. Secundo: eodem argumento demonstratur æque nullum esse ens possibile, quod cum cuiusvis alterius possibilitate non connectatur: ac proinde intra sphaeram Omnipotentia: eiusque terminos nullum ens ab illo alio quouis absolutum excogitari, ne dum velle vquam posse: quod æque inauditum est, & paradoxum. Tercio: nullum creatum existens esse posse, cuius existentia ipsa à reliquorum possibilitate, imo, & existentia non pender: cum quodvis è prædicato existentia potens sit coexistere cuius alteri existenti, & impotens coexistere non existenti. Vnde vel Omnia possibilia existunt, vel existit è possibilitibus nullum. Quarto: nullum erit ens creatum quod non sit contingens possibilitas creatorum: quia possibilitas cuiusvis nihil aliud est, quam impossibilitas ut inuoluatur duo contradictoria: sed Petrus existens est impossibilitas, ut quodvis aliud non inuoluatur duo contradictoria, & est contingens: ergo Petrus existens, & contingens est possibilitas contingens creatorum possibilium. Quinto: cum Deus vnum è possibilibus sit, idem probatur de Deo: nisi

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus I.

mirum Petrum contingenter existentem esse possibilitatem contingentem Dei: id quod vterius etiam probatur: quia quidquid identificatur cum Petro contingens est, & defectibilis: sed Dei possibilitas, quæ idem est atque impossibilitas, ut Deus duo contradictoria inuoluatur, identificatur cum Petro: ergo possibilitas Dei est contingens, & defectibilis, quod sensu quouis dissonum, atque horrendum est. Denique id ipsum probatur de contingentia negatione Petri, quæ æque suum contradictorium existentia Petri excludit, atque ab ea, cum adest ipsa, excludatur.

3. Nihil autem horum, & similibus absurdorum, quare neque vllam Dei entis necessarii connexionem cum aliquo, adhuc è possibilibus, demonstrari, imo neque probabiliter suaderi fallaci illo arguendi modo facile ostendo. Etenim, sicut coexistentia plurium ab eorum omnium existentia non differt, siue hæc ab essentia distinguatur, siue non: ita coexistendi eorundem possibilitas à possibilitatum, quæ in cunctis illis simul sumptis est, congerie nihilo differt. Quare nulli eorum seorsim continere magis potest, quam eorum omnium existentia, vni existentia vnius solum possint convenire. Vnde constat fallam esse argumenti maiorem, in qua, & affirmatur de Deo solo possibilitas coexistendi Petro possibili (quod non minus repugnat, quam affirmare de parte complexi totum) & insuper impossibilitas coexistendi Petro chimærico, quæ intrinseca Deo nullatenus est. Ex eo enim, quod ex parte Petri chimærici deur impossibilitas existendi, cuius possibilitas existendi, tanquam pars, possibilitatem coexistendi, & Dei cum ipso, & ipsius cum Deo debebat necessario componere, deficit possibilitas coexistendi, darurque huius impossibilitas absoluta, quin ex parte sua aliquid ad eam coexistendi impossibilitatem Deus apponat, cum quo, utpote ente necessarii, nihil impossibilitatis identificari potest. Ad eius autem maioris probationem, Respondeo: In ea hypothesi impossibili existentia, & non existentia simul tanquam Petri illius chimærici Deum coexistitur, & non coexistitur simul Petro chimærico, & chimæricæ quidem, non ex parte sui, sed termini alterius extremi necessarij ad coexistentiam, qui Petrus chimæricus est.

4. Hinc ad syllogismum in Darij, respondeo distinguendo. Maiorem omne nullo modo coexistens Petro ex defectu Petri solius. Nego maiorem. Ex defectu sui, concedo maiorem. Et similiter minorem. Deus est nullo modo coexistens Petro, ex defectu Petri fatetur: ex defectu sui nego minorem, & inde consequentiam. Ad alium in Camestres distingue maiorem. Est simile Petro ut existenti, fatetur: ut non existenti, diffiteor: & similiter minorem, & nego consequentiam. Insuper facilius distingue maiorem primi syllogismi, nullo modo coexistens Petro, ac simul coexistens distinguitur ab omni coexistendi Petro, fallum: nullo modo coexistens solum verum est. Deus autem ita est nullo modo coexistens Petro, ut simul coexistens sit in ea hypothesi. Quare nihil inferitur. Sed iustas: quotiescumque duo nequeunt existere simul, siue coexistere sibi, existente vno, nequit existere aliud: at Deus & Petrus chimæricus nequeunt existere simul: ergo existente Deo, nequit existere chimæra, neque existente chimæra potest existere Deus: distingue facile maiorem ex oppositione illorum duorum inter se, fatetur. Ex impossibilitate præcisa alterius, quæ est in Petro chimærico, diffiteor, & nego inde consequentiam.

5. Arguunt secundo. Distinctio Dei à Petro, & chimæra extensior, ampliorque est, quam distinctio Dei à solo Petro: ergo infer Petrum non esse chimæram: sed è prædicatis intrinsecis Deus est distinctio Dei à Petro, & chimæra: ergo ex prædicatis intrinsecis Dei inferatur Petrum non esse chimæram. Apertior est adhuc paralogismi huius fallacia. Distinctio enim apertius plura, ut plura includit extrema essentialiter, & quo maior, & amplior est, plura, & plura: eiusdem enim ad seipsum distinctio esse, imo cogitari, minime potest. Vnde concessio antecedenti primo distingue consequens: secundum omnia extrema, quæ includit distinctio, concedo consequentiam: secundum vni quodque eorum, nego consequentiam. Hinc constat negandum prorsus esse subsumptum antecedens ad consequentiam secundam. Nam, sicut Deus tria illa extrema, quæ in distinctione, tanquam fundamentum, & terminus (sicut in alijs

plis omnibus relationibus predicamentalibus) essentia-
liter clauduntur, esse secundum sui intrinsecam nequit: ita
neque secundum intrinsecam eorum omnium distinctio esse
vquam potest.

6. Arguunt Tertio, celebri illo sophismate Alberti
de Saxonia, & Scoti. Etenim in omni disunctiva vera
ab exclusione vnius partis necessario inferitur positio alteri-
us: quia ad eius veritatem vna saltem disunctiva pro-
positio vera esse debet. Vnde ex hac: *Petrus currit*,
vel Ioannes sedet: si Petrus non currit legitime, & ne-
cessario inferitur: ergo Ioannes sedet: ergo ex hac dis-
iunctiva vera: *Petrus est rationalis*, vel *possibilis*, vel
datur carentia Dei: si Petrus supponatur non rationalis,
vel possibilis legitime inferitur: ergo datur carentia
Dei. Respondent Recentiores disunctiva vera ab exclu-
sione vnius partis valere consequentiam ad positionem
alterius, tunc solum, cum id quod inferitur magis im-
possibile non est, quam id ex quo inferitur. Etenim mi-
nus impossibile nequit connecti cum impossibili maio-
ri (vt opus est ad hoc, vt ex vno impossibili minori,
inferatur aliud impossibile maius) si autem ex exclu-
sione possibilitatis Petri, quæ impossibilis est, inferre-
tur carentia Dei, cuius existentia maioris, magisque ne-
cessariae necessitatis est, quam Petri, imo creaturarum
cunctarum, simul etiam sumptarum, possibilitas, vt
ostendimus certam, i. numero 5. Ex impossibilitate mi-
nori maiori impossibilitas inferitur: minus quippe im-
possibile est totam disunctivam etiam ex utraque parte,
nec solum ex parte vna impossibilitatis Petri, falsam si-
mul, ac veram esse, quam Dei carentiam apponi, seu
Deum absolute non existeret.

7. Ob quam eandem rationem non tenet simile ar-
gumentum quo probare aduersarij possent Petri pos-
sibilitatem cum possibilitate, seu non repugnantia Ioan-
nis necessario connecti hoc pacto: vel Petrus possibilis
est, vel repugnat Ioannes (quod est omnino verum; cum
Petrus necessario sit possibilis, atque ad disunctivam ve-
ritatem alteram e propositionibus verificari satis sit) ergo,
si Petrus non est possibilis, Ioannes repugnat, ac
proinde huius possibilitas, seu non repugnantia cum
Petri possibilitate connectit. Etenim, cum pars alte-
ra disunctivæ, ratione cuius verificari in eo argumento
contradicitur disunctiva, cum Petrus impossibilis suppo-
nitur, siue non esse possibilis, sit necessario falsa, vt
potest negariua in materia necessaria, vera simul, &
falsa erit: si autem inde inferatur repugnantia Ioannis,
quæ falso affirmabatur in altera disunctivæ propositio-
ne, tanquam vera, (quæ tamen non potest non falsa esse,
vt potest affirmatiua propositio in materia remota & im-
possibili) Ex altera etiam parte disunctiva simul vera, &
falsa conuincetur: ac proinde ex vno contradictorio si-
mul vero, & simul falso alterum inferetur contradicto-
rium simul verum, & falsum, atque disiectivam ve-
ram ex utraque parte falsificari: quod magis impos-
sibile est, quam falsificari ex vna tantum. Cum maius
impossibile sit dari duo impossibilia, quam vnum solum,
vnde constat fallax esse argumentum.

8. Atque vniuersim eiusmodi argumentationis fal-
lacia amplius in omni materia ostenditur: cum enim ex
veritate disiectivæ veræ ratione vnius solum propositi-
onis ex pluribus, quibus constat, argumentum sumi-
tur: ea quidem propositio excludi non potest vt falsa,
vt altera inferatur (in quacunque materia utraque pro-
positio sit) alioqui veritas ipsa disiectivæ, ex qua so-
lum argumentum ad tollendum certo in conclusione
verum duci potest, in exclusione, quæ in antecedenti
ponitur destruetur: ac proinde ex falso antecedenti ar-
gumentum procedet; vt patet in argumentis factis, at-
que in disiectiva tota v.g. *Petrus currit*, vel *Ioannes
sedet*, quam suppono veram esse solum, quia Petrum
currere verum est: Quam si secludas vt falsam totam
disiectivam falsam esse supponis: ac proinde implicat
in antecedenti, atque ex antecedenti falso discutris,
neque adest vis ad inferendum ab exclusionem vnius, ad
veritatem eiusmodi est, ne sit falsa disiectiva, quæ vera
est; aut eo ipso, quod ponitur vel absolute, vel æquiva-
lenter ex hypothese, vel suppositione in antecedenti fal-

sa ea propositio, ratione cuius tantum tota disiectiva
est vera, tota illa disiectiva falsa redditur: ergo nulla
est vis ad inferendum in consequenti alteram propositio-
nem, ne deficiat à veritate disiectiva, quæ iam in an-
tecedenti à veritate supponitur defecisse. Vnde illud
axioma ab exclusionem partis vnius disiectivæ veræ, ra-
tione vnius partis solum ad alteram partem inferendam
valere argumentum, tunc solum verum est, cum pars
quæ excluditur ea non est ratione cuius tota disiectiva
vera est.

9. Denique oppones, Non est maioris constantie,
& necessitatis impossibilitas chimæ, quam possibi-
litas creaturæ: atqui Deus sine suæ necessitatis summa
iactura connectitur cum aliqua chimæ: ergo sine eius-
dem iactura connecti potest cum possibilitate creaturæ.
Maior videtur certa; neque enim maior difficultatis, aut
repugnantie transitus est ab impossibilitate chimæ ad
possibilitatem creaturæ: quam à possibilitate creaturæ
ad impossibilitatem chimæ. Minor probatur: quia
Deus e predicatis intrinsecis connectitur cum impossi-
bilitate alterius Dei, ita, vt ex alterius Dei possibilitate
Deus periret. Negatur tamen minor. Ad cuius proba-
tionem dicite, Deum non connecti cum impossibilitate
alterius Dei intrinseca alteri Deo, atque Deo vero ex-
trinseca, sed cum impossibilitate, seu carentia alterius
Dei, huic extrinseca, Deo autem vero intrinseca. Ipse
enim Deus, cum vniuersus, singularissimus, atque (vt
sic loquar) *hicissimus*, siue hæc entitas determinata
sit: atque alter Deus sit Deus, non hæc entitas determi-
nata, quæ significatio Dei alterius proinde repugnat, est-
que positium, quod contradicit mediæ formaliter
positiue chimæ Dei alterius, qui ex predicatis intrin-
secis impossibilis est, ac proinde intrinseca necessaria
carentia sui: constat primo maiorem alius chimaram,
& impossibilitatem esse in secundo, seu alio Deo, quam
in chimæ alius: quia esse positium Dei, quod maioris
necessitatis est, quam positium quodvis aliud esse crea-
tum, quod sibi oppositum impossibile excludat. Constat
etiam Deum propriè non connecti cum alio, cum dici-
tur connecti cum carentia necessaria alterius Dei, sed
cum ipso, cum quo nequit esse vera, & realis conne-
xio Dei, sed logica rationis, & fictitia, & quidem Deus
alter chimæ est, non eius necessaria negatio, & forma-
lis immediata, & intrinseca, veræque a rebus exclusio,
quam includit, inferre vnitatis, & singularitatis hiccis-
sima Dei: ex qua illatione, non cum chimæ alterius
Dei, sed cum eius totius formæ motione & a rebus
exclusionem immediata Deus verus connexus conuincere-
tur.



QVÆSTIO IV.

*An Omnipotentia, vel aliquid Deo in-
trinsecum sit formalis possibilitas
creaturarum?*

ICET rem hanc antiquiores nonnulli attrigunt,
eaque pro Omnipotentia affirmatiue resoluerint,
non tamen eis impensis, quibus eidem sententiae
Recentiores non solum ex predicato Omnipotentiae, sed
entis etiam necessarij diuini adhæserunt. Idcirco apud non
admodum iuniores brevis questio erat, quæ iam iustus,
nec satis brevis, est liber. Consulto dixi formalis pos-
sibilitas creaturarum. Nam omnipotentiam esse
actiuam earum possibilitatem extra dubium
est: cum creaturæ nihil sine omnipoten-
tencia fieri esse
possit.

CERTAM.

CERTAMEN I.

*Opiniones, & nostre fundamenta non-
nulla.*

1. Prima sententia est accuratissimi ex nostris Recentioris Antonij Perez Valiende e Prouincia nostra Castellana, quem plures eiusdem Prouinciæ atque aliarum sectantur. Ex eo tam didicerunt, typisque mandant magna, & claritate, & breuitate, Spiniua d. i. metaphys. sect. 2. concl. 1. & alij ex nostra hac Tolerana Prouincia Recentiores. Hi omnes essentiam necessariam, & inuariabilem rerum ab existentia, seu essentia contingentium eorum cum antiquis nonnullis distinguunt: aliter quidem, atque Thomistæ, qui essentiam contingentium etiam ab existentia rerum, quæ contingens etiam ipsi est, discriminant. Cum autem rerum essentia, quam necessariam vocant, nil aliud sit, quam necessaria connexio, & inseparabilitas prædicatorum eorum quamuis contingentium: atque possibilitatis rerum nihil sit aliud, quam eorumdem prædicatorum amica connexio, & comparabilitas necessaria inter sese: constat necessariam, quam vocant, essentiam rerum, nihilo ex pariter obiectæ ab eorum possibilitate, quæ necessaria nem eodem necessitatis genere, quo essentia est, posse differre. Isto: ex parte nostri modi significandi, & concipiendi inter se discrepent non paucis: quare doctores eodem eodem modo de rerum essentia, ac de eorum possibilitate, & e contra philosophantur.

2. Aliant ergo tam essentiam, quam possibilitatem necessariam rerum creaturam Deo identificari: quia nihil necessarium, atque indefectibilis veritatis extra Deum esse potest. Cui autem prædicato diuino formaliter identificetur non multum ex eis plures decernant, aut eunt: licet omnipotentia formaliter identificari, & consequentius videatur, & aliqua eorum argumenta concedant. Ab eo igitur prædicato diuino (quodcumque illud formaliter sit) tanquam ab extrinseca forma creaturis, esse constituitque illas posibles autumant, quæ tales denominantur secundum esse contingens tanquam subiectum denominationis, & concreti, quod est possibile: cum autem videant impossibilitatem impossibilem, & chimærarum æque, atque possibilem possibilitatem, necessitatis, atque indefectibilis veritatis esse: Deo etiam impossibilem impossibilitatem consequentia gratia identificant. Hinc cuiusvis creature possibilitatem, cuiusvisque chimære impossibilitatem cum creaturarum possibilitate, & impossibilitate connecti logice affirmant. Huic suæ doctrinæ innitj aiunt ex quolibet impossibili, quodlibet inferri, vt dialectici nonnulli axioma esse volunt. Tertiò carentias necessarias, & indefectibiles rerum Deo etiam identificant, vt minime annexas. Pluraque alia inde deducunt pro carentiis contingentibus, Deo, vt volunt etiam, identificatis, de quibus nos infra certabimus.

3. Opposita sententia verior asserit possibilitatem creaturarum nihil includere absolutè, & simpliciter existens: quare, neque in omnipotentia sitam formaliter esse, tanquam forma à qua denominetur constituantque essentia contingens, siue existentia creaturarum absolutè possibilis. Ita ad hæc vique tempora nostræ Societatis, imo & antiquiores fere omnes Doctores Valquez, Soarius, Valentia, Alarcon, Herize Ruiz, Hurtado, Ariaga, Oquedo Franciscus Alfonso, Pontius, Basilus, Legionensis, quos citat & sequitur Oquedo controuers. 2. metaphysic. section. 2. concl. 1. ubi, & alios refert Recentiores. Licet autem Valentia pro aduersa sententia referatur, me tamen iudice non de intrinseca necessaria creaturarum possibilitate, quam inquirimus, sed de extrinseca eorum producibilitate, quæ idem profusus, atque potentia productiua Dei, siue omnipotentia, est, loqui putandus est. Et (quidquid tan-

Christoph. de Ortega, de Deo vno. Tomus I.

dem de aliorum mente, & iudicio sit) nobis pro hæc sententia standum omnino est.

4. Probatur primo. Ante absolutam existentiam Petri eius essentia attenda, & quouis alio secluso verificatur, quod si Petrus existat: existit sine contradictione: at hoc est Petrum esse possibilem: ergo secluso quouis alio essentia Petri est possibilis. Maior, quæ sola ab aduersariis negatur, suaderetur. Quia vt propositio verificetur, fat est dari eius obiectum, eo modo, quo enuntiatur: at ante absolutam Petri existentiam sola eius essentia attenda, seclusoque quouis alio, datur quod si existat, existit sine contradictione: ergo. Minor probatur, quia in ea propositione non enuntiatur, quod Petrus sit absolute: sed quod sine contradictione, esset, si esset, quomodo, licet non absolute, at conditionate, & sub ea hypothese verè, secluso quouis alio, ipsemet Petrus existit. Confirmatur argumentum, & minoris eiusdem probatio. Quia Petrus se solo quandocumque existit, existit sine vlla pugna, & contradictione suorum prædicatorum essentialium, atque excludit eandem sui: ergo semper est verum ex parte etiam obiecti per solam essentiam, & entitatem Petri, quod quandocumque existat, siue, si existerit, existit sine vlla contradictione: quod si quouis alio secluso verum ex parte obiecti est Petrum esse possibilem, profecto Petri possibilitas in nullo Dei intrinseco sita esse potest. Siquidem quidquid Deo intrinseco est, aliud à Petro est.

5. Secundo implicat cognosci possibile, quæ possibile, quin eius cognoscatur possibilitas: sicut implicat cognosci album vt album, quin cognoscatur albedo, à qua formaliter album est: atqui cognoscitur Petrus possibilis, quin aliquid aliud distinctum à Petro, ne dum diuinum aliquid, cognoscatur ea cognitione: ergo Petri possibilitas non stat in prædicato aliquo diuino, neque in alio quopiam distincto à Petro eiusque essentia. Dicunt primo me non posse cogitare de Petri possibilitate, quin cogitem de Deo. Sed pugnant cum experientia manifesta, quæ suam euidentiā facit: instant corrigendam esse apprehensionem, & iudicium hoc experimentale esse illa ortum, per rationem: sicut iudicium de coloribus iridis ortum de errore apprehensionis visus, & imaginatiue. Tenerent quidem, si rationem aliquam physicè, vel metaphysicè in re præsentem euidentiorem nostra experimentalis euidentiā asserrent, quæ hæc nostra corrigere: sed, cum nullam afferant, vt ex solutione argumentorum constabit, stat pro nostra experimentalis euidentiæ iudicium. Dicent non posse cognosci possibilitatem Petri, seu Petrum, qui creatura est, vt possibilem, quin de Deo, eiusque potentia cogitetur: sed nihil præstat solutio. Solum enim probat cogitandum esse de Deo, quando de Petro possibili, vt creatura est, cogitur: & ne tunc quidem, cogitandum esse de Deo, tanquam forma constituyente creaturam in esse possibilem, aut etiam creaturæ, sed solum tanquam termino relationis intrinsecæ creaturæ ad creatorem.

6. Tertiò. Hæc propositio est falsa: essentia Petri est essentia, vel aliud quoduis prædicatum Dei: atqui, si Petri possibilitas sit aliquod prædicatum diuinum, erit necessario vera ea propositio: ergo possibilitas Petri non est essentia, vel aliud quodpiam prædicatum diuinum. Maior est certa: alioqui admitteretur Petrum identificari cum Deo. Minor suaderetur, quia essentia Petri nil aliud reipia, & quoad intrinsecum, seclusoque nostro concipiendi, & significandi modo, est, quam Petri possibilitas: at per hosce Petri possibilitas est Dei, vel Omnipotentia, vel essentia, vel quodpiam aliud attributum: ergo essentia Petri est essentia Dei, vel aliud eius attributum. Dicent aduersarij essentiam Petri esse necessariam vnā, contingentem alteram: de hæc non posse, nisi abiurde affirmati identificari cum Deo, secus de necessaria. Ceteram cum essentia, quam contingentem hi vocant, non essentia absolute, sed existentia propriè loquendo dicatur, ac sola essentia illa, quæ ab hisce necessaria dicitur, absolute, & propriè dicatur essentia, absolute & propriè loquendo ab eis admittitur, vt vera hæc propositio: essentia Petri, est essentia, vel aliquod attributum Dei: quod hætenus à nullo hæc-

S 2 retico,

retico, nedum à Catholico doctore, admissum vllus vel legit, vel audiuit.

7. Quarto. Petrus possibilis est concretum ex esse contingenti, & intrinseco Petri, tanquam subiecto, & omnipotentia, seu quouis alio prædicato diuino tanquam formali possibilitate: ergo nequit esse Petrus possibilis, quin & possibilitas, & subiectum eius aliquo modo existat, siue absolute, siue conditiona è sine contradictione vlla: atqui concretum hoc Petrus possibilis est, antequam Petrus absolute existat, imò ab æterno, vt hi etiam admittunt: ergo Petrus, siue eius essentia contingens, aut existentia Petri sine vlla contradictione est saltem conditionate, antequam idem Petrus absolute existat: siquidem neque ab æterno absolute est, ac proinde, neque eius absolute existentia expectari potest, vt ab eo diuino prædicato, in quo eius possibilitas ab his collocatur, absolute possibilis Petrus denominetur. Tum sic sed in ea existentia Petri sine vlla contradictione sub conditione, quod existat, stat Petri possibilitas necessaria, & æterna veritatis: ergo in intrinseco Petri, non autem in prædicato vllò diuino stat eius possibilitas necessaria. Nec valet existentiam illam conditionatam Petri sine vlla contradictione stare formaliter in prædicato etiam diuino. Cum enim existentia hæc conditionata Petri requiratur ex parte subiecti ad concretum, seu denominationem Petri possibilis: si ea etiam identificetur cum Deo, totum concretum cum Deo identificabitur: scilicet Petri possibilitas, & existentia necessaria subiecti, seu Petri denominati, vt ab ea denominetur: vnde fiet Petrum, & quouis creaturam possibilem secundum totum, quod dicit, nec solum secundum formam possibilitatis, esse Deum: quod temerarium, imò erroneum est.

8. Quinto argumentor, & confitmo proximum discussum. Vel diuinum illud, in quo formalis possibilitas creaturarum sita per vos est, requirit non repugnantiam, seu capacitatem aliquam ex parte denominandi possibile, vel nihil horum requirit, sed quidquid ei applicetur, obiciturque; denominabit, reddetque possibile. Si hoc postremum: ergo quouis chimæram denominabit, reddetque possibile. Si autem requirit non repugnantiam, seu capacitatem ex parte rei subiectæ, ac denominandæ illam, nobis explicat, atque in Petro possibili assignat, ac simul ostendit non esse in vlla ex chimæris, nihilque aliud in Petro inuenies, quod non in chimæra, quam prædicata Petri inter se non pugnant, ac proinde totum Petrum nullam in sui existentia contradictionem inuolueret, quodcumque existat: in chimæra autem prædicata eius inter se pugnant, ac mutua contradictione se inuicem destruere: ac proinde totam illam in sui existentia chimæramque impossibilem de sese, Petrum possibilem, chimæramque impossibilem de sese, atque ab intrinseco, esse, sine vllius diuini ope ad formalem sui, vel possibilitatem, vel impossibilitatem. Nec valet Petri capacitatem, seu non repugnantiam recipiendi possibilitatem necessariam à prædicato omnipotentia, vel alio quouis diuino esse essentiam, siue existentiam contingentem ipsi Petro intrinsecam, quam etiam Petro intrinsecam contingentem possibilitatem appellant, quæque chimæra repugnat. Etenim solutio hæc verba dat: quid enim aliud est essentia, seu possibilitas contingens Petri intrinseca, nisi posse existere sine repugnantia? id est extitum sine contradictione, si existat, quæ est, vel ipsa possibilitas necessaria, æternæque veritatis Petri, vel saltem eius explicatio, quæ datur. Secundò possibilitas hæc, seu essentia contingens Petro intrinseca, ita est de sese possibilitas contingens, vt repugnare, neque ab intrinseco, neque ab extrinseco queat: ergo de sese necessario, atque indefectibiliter est possibilitas contingens existendi Petrum. Neque enim est contingentia ipsius possibilitatis, quæ reddatur necessaria extrinsecus à prædicato diuino: ergo de se habet Petrus necessario possibilitatem necessariam contingentem existendi sine ope vlla extrinseca prædicati diuini.

9. Sextò, cum Petrus existit seipso absolute excludit ab existentia sui impossibilitatem: ergo, cum existit Petrus, contradictorium impossibilitatis Petri identificatur cum ipso Petro: atqui contradictorium impossibi-

litas Petri, est Petri possibilitas: ergo Petri possibilitas identificatur cum Petro, neque est aliquid extrinsecum diuino. Respondent dari duo contradictoria possibilitatis Petri: alterum contingens identificatum cum Petro; alterum necessarium, Deoque identificatum. Sed contra: quia nullus terminus potest habere plus vno contradictorio formaliter ipsi opposito: ergo, si existat absolute identificatum Petro, quod conditionate sumpsum est contradictorium formale impossibilitatis Petri, nequit esse aliud eiusdem impossibilitatis formale contradictorium. Consequentia est vera. Antecedens probatur. Pone enim B opponi formaliter, immedia è, & adæquate (vt opponitur quodvis contradictorium suo termino) huic termino A cui etiam opponatur eodem modo C ac proinde eodem modo opponi alterutri, nempe B, & C. Tunc B erit absolutum, non esse A, seu absolute formalis immedia è, & adæquata exclusio illius. Similiterque erit C. Inde autem nec B erit B, nec C erit C, quia B distinguitur à C; sed C est formalis immedia è, & adæquata exclusio termini A, ergo distinguitur à formali, adæquate, & immedia è exclusione termini A; atqui ipsum B est immedia è formalis, & adæquata exclusio termini A: ergo B distinguitur à seipso. Atque eodem argumento C à seipso distinguitur. Item, & A à seipso distinguitur: erit: quia B distinguitur à C: ergo formalis exclusio B non est formalis exclusio C: sed A est formalis exclusio B: ergo non est formalis exclusio C: ac proinde non est A, quæ esse debet per hoc formalis exclusio vtriusque, atque neutrius, exclusio esse conueniunt: sed quidquid sit de hac demonstratione, quam ingeniosi Recentiores inuenerunt. Negari potest sexti huius argumenti maior. In quocumque enim possibilitas necessaria Petri existit pro suo signo, & priori ad absolutam existentiam Petri, eius impossibilitatem absolute excludit: absoluta vero Petri existentia, & cuiusvis creati solam sui carentiam, ac non esse absolutum è rebus tollit, quin eius negationis possibilitatem abolet.

10. Septimo. Hæc propositio est vera, etiam si, per impossibile Deus deficeret: si existeret Deus, qui produceret Petrum, existentia Petri nullam inuolueret contradictionem. At hæc veritas non eget aliquo diuino absolute existenti, etque indefectibilis, atque ipsamet possibilitas necessaria Petri: ergo hæc non stat in aliquo diuino. Dices, in eo casu esse illam propositionem simul veram & simul falsam: ex quouis enim impossibili dato omnia possibilia sunt impossibilia, & impossibilia possibilia. Bene: ergo cum impossibili defectus Dei compatitur verificatio illius propositionis, vt ego contendo. Non enim potest compari verificatio, & falsificatio simul illius, nisi vtrumque compatiatur: quare ad verificandum esse impossibilem defectum possibilitatis Petri, ac proinde huius possibilitatis necessitatem, præcindi potest ab existentia Dei. Dices tandem in eo casu de nullo posse verificari solum quod sit impossibile, sed etiam quod sit possibile. Sed eidem impugnationi subiaces, atque sententiam quam q. sequenti insectabor de identitate impossibilitatis chimærarum cum Deo egeris hac solutione decerere, vt eo loci monstrabo. Simile argumentum fieri potest: conclusa hypothesi impossibili eius propositionis, si existat Deus existentia Petri non inuolueret contradictionem. Dei siquidem existentia solum in hypothesi ponitur, ac non absolute, vt in re est. Vide alia plura argumenta apud Onicod, & alia male soluta ab Spinula citatis locis, atque aliud quod reformabimus q. sequenti de chimærarum impossibilitate agentes contra eoldem Recentiores eam Deo identificantes.

CERTAMEN II.

Satisfit aduersariorum Recentium argumentis.

1. Opponunt Recentiores argumentum, quo Thomiste Dominicanæ essentiam ab existentia reipsa distinguendam

stinguendam contendunt. Petrum, qui nondum existit, imo, qui nunquam existit, neque existet esse possibilem est necessarium quid, & indefectibile, nec solum pro hoc instanti, sed pro reliquis æternitatis anteaactis, ac futuris verum: alii nihil necessarium indefectibile æternæque veritatis datur præter Deum: ergo Petri possibilitas Deus est. Respondetur communiter, nec male, distinguendo Maiorem. Petrum esse possibilem est quid necessarium & absolute existens negatur Maior. Conditionate existens conceditur. Petri liquidem possibilitas est existentia Petri sine illa contradictione, sub conditione quod existat, sine huius propositionis obiectum, si Petrus existat, existet absque ulla contradictione. Unde distinguitur minor: Nihil æternum absolute existens est præter Deum fatetur conditionate solum existens distingo. Et negatur facillime consequentia. Verum inde fortius Recentiores, suoque iudicio ita evidenter insurgunt, ut neglectis solutionibus, (quas omnes tantum verbis ludere posse putant) iterum convinci clament.

2. Vel illa veritas conditionalis obiectiva absolute existit, vel solum conditionate existit. Si absolute: ergo non identificatur cum Petro, qui nondum absolute existit: imo neque existit, neque existit nunquam. Si solum conditionate: ergo nec poterit verificari de Petro absolute quod sit possibilis, sed solum, quod esset possibilis, si talis conditio accederet, atque apponeretur. Probant consequentiam. Possibilitas Petri stat in illa veritate obiectiva conditionata: atqui hæc existit solum conditionate: ergo possibilitas Petri non est absolute, sed conditionate, etque solum in eo statu competit, ac proinde non est absolute possibilis: quod est manifeste falsum, & contra id, quod supponimus. Videntur, possibilitas, & impossibilitas opponuntur contradictorie: ergo dari possibilitatem Petri idem est, ac eius impossibilitatem deficere: siquidem unum contradictorium est formale exclusivum alterius eodem modo, quo illud datur: quare, si deficit absolute Petri impossibilitas, Petri possibilitatem absolute esse necesse, profus est.

3. Respondeo argumenti æquivocatione detecta. Conditionalis tota obiectiva veritas ipsa Petri possibilitas est, in qua clauditur in hypothesis parte, quæ totam illam componit, conditio sub qua altera est, si Petrus existat, a cuius purificatione pendet absoluta existentia Petri sine contradictione: quæ quando prima illa pars non purificatur solum conditionate, ac dependenter a conditione sine eius purificatione est: atque assertur: alii tota illa veritas obiectiva, quæ stat Petri possibilitas secundum se totam soluta, atque absoluta est ab omni alia conditione: cum à nulla dependeat: inde existentia absolute Petri independens à conditione in ea obiectiva veritate non est, sed solum conditionata: alii Petri possibilitas, quæ in tota illa veritate obiectiva conditionata (prout etiam conditionem existentie claudit) absolute est, cum ab alia conditione, tota illa non pendeat: quare, sicut verum absolute est, Petrum absolute exiturum sine contradictione, si existat: verum etiam est, Petrum absolute esse possibilem, atque eius possibilitatem absolute esse: cum sit nihil aliud, quam tota illa veritas conditionalis obiectiva, quæ absolute veritas conditionalis obiectiva est: quæque Petro, licet absolute non existenti, absolute competit: atque absolute ipsius impossibilitatem excludit: unde Recentium argumentum, & instantia evanescent.

4. Hæc dixerim iuxta communem modum explicandi, & constituendi rerum creaturarum possibilitatem per conditionalem illam veritatem obiectivam, siue existentie sine contradictione rei absolute possibilis conditionate: scilicet dependenter a conditione existentie rei eiusdem, ut nihil contra eiusmodi possibilitatis conceptum tot Recentium argumentis confici ostenderem, quo eam in aliquo absolute necessario existenti diuino ponendam demonstraret, ut contendunt, & clamant. Sed (ut de possibilitate rerum agens in metaphysicis obiciebam) implicat aliquid à se ipso dependere, adhuc tanquam à conditione: atqui existentia Petri in ea obiectiva veritate ponitur dependens ab ipsamet existentia Petri: ergo in conceptu obiectivo possibilitatis involuitur implicatio, & impossibilitas. Nec satis est in ea veritate conditionata poni pro conditione existentiam Petri, ac sub ea affirmari

eiusdem existentiam sine contradictione, in quo aliquid aliud clauditur, quod in conditione non clauderetur. Etenim vel existentia illa Petri, quæ conditio eius veritatis conditionata est, est vera existentia contradictoria ad talitatem existentie Petri, quæ vera est, & non repugnans, vel ut abstrahit ab ea talitate existentie Petri, & subiecti positi in hypothesis? secundum hoc dici nequit. Tum, quia in hypothesis ponitur Petrus, cuius dicitur existentia: tum, quia, si ponitur existentia sine illa talitate existentie Petri: etiam in conditionali, quæ iuxta hanc sententiam, sita est impossibilitas chimære, non ponitur pro conditione in hypothesis existentia cum talitate chimære, ex qua habet esse existentiam chimæricam, in hac: si existat chimæra: quare non verificabitur, existet cum contradictione: quia si chimæra non existat existentia chimærica non existet cum contradictione: nam chimæra absque implicatione, & contradictione esse nequit: quare si existere sine illa supponatur in hypothesis, absque illa data hypothesis existit: ac proinde æque verum erit, quod si existat chimæra, existet sine contradictione: atque, quod si existat Petrus sine contradictione existit: quare & possibilitas ita explicata per conditionalem illam veritatem obiectivam æque de chimæra, ac de Petro verificabitur: cum tamen possibilitas Petri, quævisque possibilitas vera, de chimæra verificari repugnet.

5. Si autem admittatur primum, atque in hypothesis existentiam Petri, quæ in ea etiam hypothesis ponitur, ac proinde cum talitate veræ existentie, quæ chimæricam excludit, necessario apponi assertur, hæc omnia cessabunt, atque de chimæra eiusmodi possibilitatem verificari non posse facile suadebitur: siquidem in obiecto conditionalis huius, si existat chimæra, existit cum contradictione. Existentia posita in hypothesis erit etiam cum talitate existentie chimære, quæ in hypothesis etiam ista clauditur: quare & ponitur pro conditione existentia chimærica, & implicatoria. Sed tunc recurrit argumentum primum. Si enim ponitur in hypothesis vera Petri existentia ponitur existentia Petri sine contradictione, quæ solum sub ea hypothesis affirmatur: ac proinde idem à se ipso pendens affirmatur implicatorie, ut dicebamus, atque nugatorie insuper: erit enim dicere, si Petrus existat sine contradictione existit, si existentia Petri, quæ in hypothesis ponitur existentia sine contradictione sit. Nec satis est Deum non semel, nec nugatorie, sed serio in veteri testamento simile aliquid de se dixisse illis verbis: Ego sum, qui sum. Licet enim vox eadem sit, non tamen idem utrobique significatum habet, sed diversum: in primo enim essentiam significat verbum sum: in secundo existentiam quam de sua essentia vel physica, vel metaphysica esse Deus eis locis testatur. Nunc autem mittam pluribus videri aliunde posse, eodem modo verificari possibilitatem de chimæra, ac de Petro, si ita etiam de chimæra assertur sicut de Petro, si chimæra existat sine contradictione, existit sine contradictione: sed certe in ea hypothesis chimæra alia reflexa est: nempe chimære existentia sine contradictione: quod æque chimæricum est, atque chimæra directa, de qua supponitur: quare, & tunc existentia chimære cum contradictione supponitur: ex qua hypothesis chimære existentia sine contradictione nequit inferri.

6. Respondent tamen ingeniosi Recentiores (qui magno acumine Recentium adversariorum sophisticas argutias compescunt, & sedant) argumento præcipuo existentiam conditionatam non pendere physice à se ipsa, in quo manifesta involueretur eius obiecti conditionati repugnantia, sed solum pendere intentionaliter, in quo repugnantia est nulla. Eam vero intentionalem dependentiam in eo sitam aiunt, ut solum sit affirmabilis existentia de Petro, quousque alio possibili sub conditione existentie eiusdem: eam vero affirmabilitatem nil aliud esse reputant, quam capacitas passiva rei cuiusque possibilis, ut de ea existentia conditionate sub conditione existentie ipsius vere enuncietur. Cæterum solutione hac non ciaturatur difficultas. Primo enim dependentia hæc intentionalis conditionate illius veritatis non est dependentia, quam veritas illa obiectiva à propositione, qua cognoscitur, & à iudicio illo conditionato sortitur: quia veritas illa conditionata obiectiva, & sui cognitionem, & assensum iudicii præcedit: imo ita vere affirmatur, quia ita vere ex

parte obiecti est, sicut affirmatur: quare independenter ab esse & dependentia illa intentionali, & ante illud suum conditionatum esse, & existentiam dependentem à conditione debet habere, sicut enunciat: quod si vere non habet, imo neque habere potest, ut argumentum ostendit: nec vero iudicio affirmari potest, neque in eo obiecto est passiva illa capacitas ut vere affirmetur. Cum autem ante, & absque intentionali dependentia reliqua sola dependentia physica conditionate ab hypothetico, seu conditione, sub qua erit, possit inueniri; si in ea physica dependentia existentie Petri, cuiusvisque alterius possibilis repugnantia, & implicatio devolvitur, ut iidem admittunt, possibilitatis rerum non possibilem, quæ in illa veritate obiectiva conditionata ab eisdem constituitur erit implicatoria, & repugnans.

7. Ceterum, ut in metaphysicis docebam, possibilitatis rerum conceptus non in ea conditionata existentia rei possibilis absque ulla contradictione consistit, sed in absoluta eius non repugnantia, quæ, neque vllum prædicatum rei possibilis contradictionem involuat, neque alterius prædicati cum quo, eiusdem essentiam (quæ idem quod possibilitas rei est) amice componit. V.g. animalis prædicatum, quo Petrus essentialiter constat, neque vllam repugnantiam in se coeret, neque cum rationali, aut petreitate, alioque prædicato Petri essentiam componente vllatenus repugnat, sed amice componitur. Hæc autem veritas essentia, ac possibilitatis rerum æterna est: quia ad sui verificationem à tempore abstrahit, ac præcisive non quidem positivæ, sicut diuina omnia; sed præcisive (quo modo solum Deus æternus non est) cum absolutam existentiam, quæ rebus non nisi in tempore comperit, non concernat: ut inde antiquum illud argumentum Thomistarum, & Recentium arguitur: conquiescant. Estque necessaria & constans: quia tam prædicatorum essentia, quam eorum inter se convenientia, atque amica connexio nequit non esse. Est absoluta: quia à nulla omnino conditione pendet; priore ratione est, quam illa conditionata existentia sine contradictione, quæ in se existit, & quæ vulgo possibilitas explicatur: siquidem ideo Petrus, si existat sine contradictione existet, quia in se contradictionem eius prædicata non involvunt, neque aliis, quibus essentia constat, contradicunt; si enim vel in se, vel cum aliis essentialibus rerum prædicatis contradictionem haberent, verum non esset, quod si res existeret sine contradictione existeret.

8. Accunt sese Recentiores secundo. Summæ suæ perfectionis titulo debet habere Deus omnem perfectionem, quæ nullam imperfectionem devolvat: atqui rerum possibilitas nullam devolvit imperfectionem: cam ergo Deus habere in se debet. Sed negatur facile minor, de rerum creaturarum possibilitate, de qua disputatur: nam de possibilitate Dei, in quocumque illa sita sit, dubium non est, quin Deo ipsi identificetur. Ex enim creaturæ prædicatum, quod in creatura possibilitate clauditur indigna profus imperfectio est Deo repugnans. Item, quæ inde oriuntur limitatio, defectibilitas in existendo, atque existendi contingentia, quæ à possibilitate creata, siue creaturarum separati, ne metaphysicè quidem possunt, pluraque alia manifestæ imperfectiones sunt. Alia, quibus Recentiores iidem contendunt rei cuiusvis possibilitatem esse necessitatem, ut reliqua omnia possibilia fiant, mittenda hic sunt: tum, quia apertius adhuc suam fallaciam produunt; tum, quia scis sunt confutata, dum connexionem Dei cum creatis possibilibus, atque ab eis tanquam à termino dependentiam contra eosdem euerrebamus.

9. Denique ita ex prædicato omnipotentia (de quo præcipue hic, & pote suo loco, questio est) ita nobis obiciunt. Creaturarum possibilitas est earum producibilitas: at creaturarum producibilitas identificatur cum Deo: ergo creaturarum possibilitas identificatur cum Deo. Probatur minor. Creaturarum producibilitas, nil aliud est, quam creaturam posse produci à Deo: at creaturam posse produci à Deo identificatur cum Dei omnipotentia identificata cum Deo: ergo creaturarum producibilitas est Dei omnipotentia identificata cum Deo. Minor hæc probatur. Deum posse producere creaturam, idem prorsus est, ac creaturam posse produci à Deo: atqui Deum posse producere creaturam, est formaliter

omnipotentia Dei identificata cum Deo: ergo, & posse produci creaturam est formaliter omnipotentia Dei identificata cum Deo. Maior videtur aliquibus Recentiorum explorata. Siquidem posse producere, ac posse produci nihilo amplius, quam vox activa, & passiva eiusdem verbi significant: ac proinde, sicut idem formalissime significatur, cum dicimus: *Ego amo Deum*, ac quando dicimus: *Deus amatur à me*, ita etiam idem prorsus significat, *Deus potest producere creaturam*, ac *creatura potest produci à Deo*.

10. Sed vero totus hic discursus, sicut & primus nullus est momenti. Atque, ut ab hac postrema Maioris probatione ordiamur, vox activa & passiva verborum, non potentiam actiuam, & passivam terminorum significant, de quibus loquimur in præsentia, dum de omnipotentia Dei, & possibilitate creaturarum loquimur. Iam syllogismi primi negatur Minor. Ad cuius probationem negatur absolute Maior: quarundam enim creaturarum producibilitas à Deo solo esse non potest; ut patet in actibus vitalibus, atque vniuersim in omnibus actionibus quæ à Deo, & causis secundis proveniunt: hæc quippe omnia à Deo solo producibilia non sunt: cum essentialiter creatam virtutem, tanquam ipsorum actuum potentiam respiciant, quæ Deo eiusque potentia non identificatur: sed ea permissa, negatur eius secundi syllogismi Minor, ad cuius probationem negatur tertij syllogismi Maior. Posse enim creaturam produci à Deo est capacitas, seu potentia passiva intrinseca creaturæ, ut Dei terminet influxum, & actionem, quæ longe diversa est à potentia activa, seu omnipotentia Dei, à qua eiusmodi actio, & influxus proveniunt. Quod si extra intencum posse produci à Deo creaturam, & posse producere illam Deum, prout absolute ex parte virtutis sonat, viresque, utramque potentiam, & actiuam Dei, & passivam creaturæ claudit: quare non magis alterutri, quam totum parti identificabitur: fallaque proinde maior illa, eo etiam sensu erit.



QVÆSTIO V.

An chimerarum impossibilitas Deo identificetur?

DIXIMVS quæstione proxima eosdem Recentiores Deo, consequentia ergo impossibilium, seu chimerarum omnium impossibilitatem, etiam identificare. Id quod quæstione præsentia in examen vocamus.

CERTAMEN I.

Impossibilitas chimerarum nusquam Deo eiusve identificatur potentia.

1. **C**onclusio pauculos solum admodum Recentiores adversarios habet; licet in vno, vel altero antiquiori verba aliqua quandoque legantur, quibus in sententiam adversam trahi, utcumque, possint. Id quod notasse satis nobis fuerit, qui plus sententiarum veritatem, atque à ratione, vel firma autoritate momenta, quam patronos expendimus. Nobiscum vero censent ex præcis & Recentioribus Doctores reliqui communiter, qui in eam quæstionem inciderunt, quorum aliquos ita de carentiis, ut à necessaria (quæ idem quod chimæ, atque impossibilia sunt) & contingentibus abstrahunt censentes dabimus inferius quæst. sequenti. Dixi, qui in eam inciderunt quæstionem: quippe Deo chimerarum impossibilitatem identificare est à ratione alienum.

2. Probatur conclusio primo: quia impossibilitas est carentia necessaria: est quippe repugnantia inter se prædicato

prædicatorum, quibus constat impossibile, in quo eius remotio, & necessaria à rebus, & existentie exclusio continetur: atqui carentia necessaria nihil positivum includit: ergo nihil diuinum. Patet extrema consequentia: omne quippe diuinum, siue omnipotens, siue quoduis aliud sit, positivum necessario est. Minor de se claret. Sed vterius probatur. Quia carentia necessaria, neque è prædicato carentie positivum quid includit, vt mox de carentis contingentibus agentes videbimus; sed neque claudit positivum ex prædicato necessarii, seu necessitatis: ergo absolute nihil positivum includit. Minor hæc suscipitur: quia formalis necessitas non essendi in ipso non esse inclusa, vt est in carentis necessariis impossibilibus, constantia sola negationis ipsius essendi est, atque essendi impossibilitatis, quæ seipsa tunc ab essendo est: ac nihil positivum seipso remouit, aut formalis remotio ab essendo est: ergo necessitas carentie è prædicato necessitatis non essendi, nihil positivum includit.

3. Probatur secundo Minor illa syllogismi primi: quia eisdem terminis vtuntur ad negandam existentiam rei contingentis, quibus ad negandam existentiam rei impossibilis, siue ad significandam negationem necessariam chimæ: atqui termini, quibus vtuntur ad negandam existentiam rei contingentis, nihil positivum significant: ergo termini, quibus vtuntur ad negandam existentiam rei impossibilis, siue significandam negationem necessariam chimæ nihil positivum significant. Maior est de se nota. Sicut enim dicimus: *verus, aut iohannes non est*, ita etiam dicimus, *impossibile, aut chimæ non est*. Minor probatur abunde quærit. sequen. Consequentia est legitima. Ea vero admittit, vt necessario ex eis propositionibus admitti debet, cum legitima sit, ac discutitur pergit. Id quod termini propositionis significant affirmamus, vel negamus in ipsa propositione: sed termini, quibus in ea propositione negamus existentiam, impossibilis, vel chimæ cuiusvis, nihil significant positivum: ergo negatio existentie necessaria chimæ, vel impossibilis nihil habet positivum.

4. Secundo probatur conclusio. Quia pugna, & repugnantia, quæ est in conjunctione prædicatorum, quibus chimæ, quodvis aliud impossibile (puta mons aureus, hircocerus, aut coniunctio existentie Petri cum eius negatione simul tempore) mente compingitur, aut coniungitur tamen in ipsis extrinsecis (eorum non sit, est tamen in eorum conjunctione imbita intrinsece, in qua itat essentia chimæ: quia alio positivo creato, ne dum diuinum, formaliter aliquatenus consistat. Pone enim nihil creatum, imo per impossibile, neque diuinum esse: eodemque modo quodvis eorum prædicatorum cum alterius conjunctione, seu identitate pugnat, sibi que in ea contradicunt: ergo repugnantia, & contradictio conjunctionis, seu identitatis eorum prædicatorum non stat formaliter in aliquo positivo creato, vel diuino. Confirmatur: quia, licet impossibilitas non sit in obiecto conditionali eius propositionis: *si chimæ existat existet cum contradictione* (vt in simili de possibilitate creaturarum dicebamus quærit, proxima, scilicet in metaphysicis) at ex natura, & essentia impossibilitatis chimæ verum necessario illud obiectum, eaque propositio est: at, etsi Deus non esset, verum esset quod si chimæ existeret, existeret cum contradictione, & repugnantia: ergo essentia impossibilitatis chimæ non stat in aliquo diuino.

5. Nec satis est, ex quolibet impossibili (vt hi Recentiores existimant) quodvis aliud impossibile sequi: ac proinde nil mirum, si ex impossibili defectu, seu non existentia Dei, impossibilitas chimæ perseveret, quæ licet eo existente possibilis esset, fieret tamen ex impossibili defectu Dei, & ipsa etiam impossibilis. Etenim, vt mirum modo illud principium, cui solutio innitur, absolute falsum esse, vt in metaphysicis ostendi. Ex impossibili autem Dei defectu, & non existentia possibilia omnia, quæ extra Deum ac proinde essentialiter creature sunt, fore impossibilia: quia creature prædicatum esset impossibile, ac repugnans: at in horum Recentium doctrina ex quolibet impossibili, sicut possibilia omnia impossibilia fierent, ita etiam impossibilia fierent possibilia: quare & omnia essent chimæ: è possibilitate, & impossibilitate comparet: cum tamen nihil tunc diuinum esset, quod impossibilitas foret eorum, sed sola prædicatorum repu-

gnantia, quæ nunc etiam existente necessario Deo in quavis chimæ inuenitur: ergo in ea repugnantia itat nunc chimæ repugnantia. Denique fieret in casu illo impossibilis defectus Dei chimæ, quæ nunc chimæ est aliunde impossibilis; aut repugnantia illa prædicatorum essentialium, quibus compingitur, tunc adesset: ergo inde esset impossibilis: quod cum modo addit vt impossibilis ex ea sit, satis, superque chimæ erit.

6. Tercio probatur conclusio. Quia, vel illa impossibilitas formalis chimæ, quæ diuinum quid est, aliquid requirit impossibilitatis intrinsecæ, quod ex parte subiecti, seu chimæ eam constituat impossibilem (sicut diuinum illud, in quo possibilitatem intrinsecam creaturarum contingentem possibilitatem, itare idem aium) vel potius existentiam ad eas continuandas possibiles ex parte subiecti reposcit: vel nihil impossibilis intrinsecæ ex parte chimæ requirit. Secundum hoc dici nequit: quia æque me, atque chimæ poterit diuinum illud impossibilem constituit: imo & de facto constituet: cum ea sola repugnantia intrinseca chimæ, quæ ad eum effectum non conducit, essentia mea deficiat. Si autem dicas repugnantiam, seu impossibilitatem illam intrinsecam ex parte subiecti in chimæ requiri, vt ab eo prædicato diuino constituitur impossibilis: ergo scilicet illo diuino impossibilis, ac necessario à rebus seclis essentia sua chimæ est: ergo non à prædicato illo diuino. Patet: quia nil aliud impossibilitatis in chimæ est, quam suorum prædicatorum repugnantia constans, atque à rebus amotio, & seclis uicaria, ac minime contingens. Sin explica mihi, quidnam aliud impossibilitatis addat prædicatum illud diuinum?

7. Denique (vt mittam nullam, siue essentialis, siue attributalis, siue personale prædicatum diuinum hactenus cogniti, imo neque ex cogitabile, assignati ab his, in quo chimæ impossibilitas, vel apparet, ac verosimiliter constituitur) probatur conclusio, ostenditurque oppositam Recentio. um sententiam cum alio eorundem, ex qua necessario inferri putant (nempe identitate possibilitatis creaturarum cum Deo) omnino repugnare. Etenim, si possibilitas creaturarum, & impossibilitas chimæ eam identitatem cum simplicissimo, atque vltimo Deo, veraque hanc eadem simplicissima atque vltima entitas Dei erit: hoc autem implicatorium est, & impossibile: ergo & identitas possibilitatis creaturarum, & impossibilitatis chimæ eam cum Deo est implicatoria, & impossibilis: ac proinde vniuersæ conclusionis coniunctio est chimæ. Minor probatur. Per illud prædicatum formale distinguitur formaliter vniuersæque ab alio, per quod formaliter constituitur in suo esse: atqui possibile constituitur in esse possibilibus per possibilitatem formaliter; impossibile, similiter in esse impossibiliter per impossibilitatem: ergo possibile & impossibile distinguuntur per possibilitatem, & impossibilitatem. Totus discursus est planus, intero inde: ergo possibilitatem possibilibus, & impossibilitatem chimæ identificari cum Deo est implicatorium, & impossibile. Probatur illatio. Implicat eandem indiuisibilem entitatem esse formalem, & verum distinctum duorum, quæ in ea conueniunt, ac sunt idem: atqui, si impossibile chimæ, & possibilitas possibilibus creature identificentur cum Deo vtrique erit eadem, & indiuisibilis entitas Dei: ergo implicat eam esse distinctum possibilibus ab impossibili chimæ: constat autem in eorum sententia ex primo discursu fore eandem eorum distinctum: ergo in horum sententia inuoluitur implicatio: ac proinde continetur in ea implicatorium, & chimæcum impossibile: quod erat ostendendum.

8. Dices Maiorem discursus primi, quo probatur prima Minor, falsam esse. Non enim distinguuntur res per ea, per quæ formaliter in suo esse constituantur. Ceterum in metaphysicis, & controuersiæ Trinit. abunde ostendimus per ea res distingui, per quæ in suo speciali esse constituantur: quare ab huius vniuersum sumptæ impugnatione facili in præsentiarum superest. Quod autem ad rem præsentem attinet, sic eam impugno. Quia, si possibilitas Petri & impossibilitas chimæ eadem indiuisibilis entitas est: à qua Petrus possibilis, & chimæ impossibilis constituitur: ergo in ratione possibilibus, & impossibilis non distinguuntur: non secus ac duo albedi-

ORTEGA
In a part
D Via

nem eandem habentia in ratione albedinis idem essent. Nihil enim in eo distinguit ab alio potest, in quo idem cum illo est, ut est ex terminis eorum. Secundo: nulla forma potest effectus diversos præstare nisi terminis, seu extremis alias de se diversis: ergo, si supponantur aliunde, ac non ab entitate diuina, possibile, & impossibile distincta in ratione possibili, & impossibili (quod hi Recentiores admittunt, nec volunt, nec queunt) nequit constituere possibile, & impossibile. Nec valet illud diuinum, re simplicissimum, in varias formalitates præcindi, ac diuidi posse. Sed quid inde. Cum independentem ab intellectu præcendente distincta, & constituta sint, possibile, & impossibile. Nec magis præstat diuinum illud esse multiplex realiter virtualiter, sed, si ad alia, quam mysteria fidei explicanda ea distinctione abutimur, tota Philosophia, ac Theologia ruit. Siquidem cuius continenti doctrinam aduersam de contradictione realis virtualis distinctionis prompta erit euasio.

9. Illud tamen contra hanc sententiam Recentiorum prætereundum hic silentio minime fuerit. Nempe in ea melius longe fore Petro chimæ fortunam, quam verum suum esse absolute, & actu fortiri. Probat apertè: quia, si Petrus coniungatur cum aliquo perfectiori resultabit plane aliquid ipso Petro maius, perfectius & melius, ut per se notum axioma mathematicum fert, si *æqualibus inæqualiter addas, remanent inæqualia*: at, si Petrus fortiretur chimæ fortunam coniungeretur cum infinite perfectiori entitate diuina, in qua chimæ impossibilitas per hocce constituitur: ergo esset infinite perfectior, nobilior, & maior. Dices implicare in terminis maiorem: quia impossibilitas adiuncta Petro, eius possibilitatem, & essentiam destrueret. Sed primo. Quomodo eam destrueret, si tam possibilitas Petri, quam impossibilitas chimæ eadem infectibilis Dei entitas est? Secundo: coniunctio possibilitatis cum impossibilitate Petri chimæ est, quam Petro casus ille affigit: quare non implicatur in terminis alia repugnantia ab ea, quam hypothesis affert casus illius, quem fatemur impossibilem. Ac tandem implicetur in terminis, ac destruat Petri possibilitas, nec maneat in hypothesi illa cum eius impossibilitate, ac proinde neque eius perfectioni accrescat. Tamen inferitur Petrum impossibilem perfectiorem Petro absoluto esse.

CERTAMEN II.

Oppositiones Recentiorum eleuantur.

1. EX nuper dictis constat impossibilitatem chimæ non esse perfectionem sine imperfectione, ac proinde non solum Deo dignam non esse, sed Deo, imo & creaturæ cuius possibilibus indignam fore: cum in se implicationem inuoluat, atque si simul cum possibilitate creaturæ Deo, ut hi Recentiores volunt, identificetur, ipsi etiam Deo implicationem affigat, atque illum proinde Deum chimæ reddat, quo cessat primum Recentiorum argumentum: quod scilicet impossibilitas necessaria chimæ sit perfectio sine imperfectione: ac proinde Deo identificanda. Obiiciunt secundo. Nihil necessarium est distinctum à Deo, cui, quidquid necessarium est, identificatur: ac carentia, seu negatio existentie termini impossibilis, seu chimæ necessaria est, ac formaliter, vel saltem re ipsa impossibilitas chimæ: ergo eiusmodi carentia, & impossibilitas chimæ identificatur cum Deo. Respondetur. Nihil necessarium, quod vere absolute sit esse distinctum à Deo, sed Deo identificari: aliter purum nihil necessarium, siue necessariam negationem essendi, seu impossibilitatem adeo ab ipso esse distinctum, ut sit necessitati existendi quæ Deo competit, omnino, atque è regione aduersum: quo argumentum euauit.

2. Obiiciunt tertio. Nihil distinctum à Deo potest esse existens æqua necessitate, ac ipse Deus: sed carentia chimæ, siue eius impossibilitas est æqua necessitate existens, ac ipse Deus: ergo non distinguitur à Deo. Respondetur, hoc argumentum eadem, quæ præcedens, equi-

uocatione laborare in termino *existens*: quod propriè acceptum veram maiorem reddit, & eadem acceptione, falsam aperte Minorem. Sed eam confirmabis: quia nunc, atque ab æterno, & in æternum verum est chimæ non existere, ac proinde existere negationem & carentiam chimæ, siue eius impossibilitatem: ergo vere datur, dabiturque necessario per æternitatem existentis vera chimæ, & impossibilitatis eius. Respondetur, vere dici per æternitatem, ac necessario non existere chimæ: sed id probat nunquam existere chimæ, esseque illius: ac proinde vere, ac necessario esse non ens, neque existens: quod ipsum dicitur, cum dicitur necessario existere negationem chimæ, licet in hac propositione negatio existentie pura ad modum existentis, & entis concipiat ab intellectu: in quo ita entis rationis, quod negatio à logicis dicitur, fabrica, & architectura: ac proinde illud esse, & existentia, quæ puro non esse tribuitur, atque affigitur ens rationis est, quod quidem neque negationi pure existentie chimæ, cuius impossibilitati necessario, & absolute competit, sed, cum ita fingendo cogitatur. Et tandem his tribus argumentis non solum probaretur chimæ non existere, sed chimæ ipsas & impossibilia Deo identificari, ut consideranti patebit: quod est erroneum: quod autem veritatis æternæ chimæ, & impossibilis cuius impossibilitas, cuiusque à rebus (quæ id ipsum est) necessaria amotis, & negatio, quod diuinis solum videtur posse conuenire, dissectum supra est in simili de æternæ veritate possibilitatis creaturarum distinctione illa æterni politæ, quod Deo soli competit, & præcise atque à tempore abstractendo, quod cuius competit obiecto propositionis in materia necessaria, & essentiali vera.

3. Obiiciunt quarto. Id est carentia, & negatio necessaria, seu impossibilitas chimæ, quod illam immediatè, & formaliter excludit ab existentia: aliter Deus id seipso præstat: ergo Deus est carentia, & negatio necessaria, seu impossibilitas chimæ. Sed negatur facile minor. Sola enim negatio existentie est formalis immediatè exclusio existentie termini, quem à rebus excludit, ut patet. Quare exclusio immediatè, formalis, & necessaria chimæ est negatio necessaria existendi, quam in se existentiæ, qualis qualis, implicatione, & repugnantia imbibitam habet: non autem Deus, quidquid aliud positiuum. Sed sic arguunt pro sua hac Minori Recentiores. Id excludit formaliter immediatè chimæ ab existentia quod formaliter reddit illam impossibilem: atqui Deus seipso reddit chimæ formaliter impossibilem, vtper eius impossibilitas: ergo Deus formaliter immediatè excludit chimæ ab existendo. Sed quoniam probatur falsam minorem, quam assumunt, nisi supponendo, ut in ea supponant, quod negamus? nempe Deum esse chimæ omnium impossibilitatem.

4. Cæterum, licet videant ægre suaderi posse Deum chimæ omnium vniuersum impossibilitatem esse. Ita felicius pro aliquibus decertari posse putant. Primo, quia Deus per suammet entitatem immediatè, & formaliter excludit à rebus plures, imo & alterum Deum, qui chimæ, & impossibilis, ac necessaria carentia sui est: ergo entitas Dei est necessaria carentia, & negatio alterius Dei, siue eius impossibilitas. Consequentia est legitima. Antecedens probatur: quia Deus per suam entitatem, & essentiam vniuersum, singularissimum, atque ut sic loquar *hicessumus* est. Vnitas autem, & singularitas per essentiam est formalis immediatè exclusio alterius Dei, quæ huius impossibilitatis constituitur. Respondetur minorem esse veram de mediata formali exclusionem, & negationem, seu impossibilitatem, alterius Dei: secus de immediatè, formali exclusionem, quod ad Recentium inrentum nihil præstat. Ad eius probationem concessa maiori negatur minor. Vnitas enim, & singularitas Dei, seu cuiuslibet per suam essentiam singularis entitatis, est exclusio necessaria, & negatio, seu impossibilitas pluralitatis illius essentia, & entitatis mediata virtualis, & in actu primo, non autem formalis, & in actu secundo. Itaque singularitas Dei per essentiam est extremum medium contradictionis pluralitatis Dei positiuum: necessaria vero carentia, negatio, seu impossibilitas alterius Dei est alterum extremum contradictionis negatiuum: quod formalis carentia, & negatio existentie, seu impossibilitatis plurius.

plurium Deorum est: quodque plures Deos formaliter remouet ab existendo tanquam formalis exclusio necessitatis, & impossibilitatis eorum: ac proinde non immediata formalis necessitatis exclusio, seu impossibilitatis plurium Deorum Deus esse potest; licet sit actus primus, ex quo formale non esse necessarium, seu impossibilitatis plurium Deorum inferatur: sicut ex quouis singulari, per suam entitatem, impossibilitatis, seu necessitatis negatio pluralitatis eius entitatis inferitur.

5. Ex his plura alia eorumdem Recentiorum argumenta erantur, quæ eadem possibilitatis in actu primo, seu impotentia Dei pro impossibilitate formali chimærarum similium acceptione in æquiuoco laborant. Atque enim: Deus per suam entitatem, & essentiam habet impossibilitatem peccati proprii: est quippe impeccabilis per essentiam: item impossibilitatem moriendi: cum sit per suam essentiam immortalis. Impossibilitatem insuper comprehensionis à creaturis, ut pote incomprehensibilis per essentiam: ergo impossibilitas, seu carentia necessitatis peccati proprii, moris, & comprehensionis sui à creatura, plurimque aliorum similium, identificantur cum Deo. Sed, ut nuper dicebam, de impossibilitate eorum omnium in actu primo, seu impotentia, & incapacitate Dei ea recipiendi, verum est antecedens. De eorum vero impossibilitate, seu necessitatis negatione, & exclusionem formalem in actu secundo, quæ ex illa Dei impotentia inferitur, est omnino falsum. Et quidem, cum impossibilis, & chimæra cuiusvis existentia solum fictitia & per rationem esse queat, ac proinde ex suorum prædicamentorum pugna in se, & à se remouet à rebus sit, atque veræ existentie necessitatem exclusionem & negationem formalem immediatam imbitam habeant, reale, & positum aliquid cui identificentur, quodue eorum negationem inducat, inquirere perinde omnino est ac querere, cuiam entem reali eius rationis identificentur? quoue alio ente, & causa reali à rebus & existentia reali amoueatur, quod in se, & à se ab eis exclusum est: verumque autem non otiosum solum, sed & stupidum forte videatur.

6. Sed adhuc opponunt inferri ex nostra sententia duo contradictoria, nempe Deum posse efficaciter nolle remotionem chimære, ac non posse efficaciter nolle quiddam summe perfectum non est, uti non sunt remotiones, seu carentie chimære. Non posse autem: quia virtualiter vellet ea nolitionem carentie, seu remotionis chimære huius existentiam, quod est impossibile. Sed non videtur ad nolitionem efficacem Dei præter summæ perfectionis defectum requiri in obiecto possibilitatem non defectionis, quæ in necessaria chimære carentia, seu remotione non adest. Item in obiectum impossibile, cuiusmodi est defectus remotionis chimære efficacia diuinæ voluntatis, imo non amens hominis, ferri non potest.

QVÆSTIO VI.

An carentie contingentes rerum in aliquo diuino formaliter consistant?

OCcasione impossibilitatis, siue necessitatis negationis, atque formalis exclusionis chimære Recentiores iidem, qui eas Deo identificant, ac non, nisi in diuino aliquo profus necessario earum verificationem assignari posse, censebant, ad carentiarum, seu negationum contingentium creaturarum rerum verificationem assignandum, ad diuinum etiam aliquid recurri oportere iudicant: tantaque opera, & conuentione suum hoc iudicium persecuti sunt: ut, quæ vix in Philosophia (propria nimirum sede) de carentia, seu negationis contingentis essentia quaestio occuparet locum; non ibi lo-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

lum, sed in Theologia spatium petat amplissimum, atque grauissimos de scientia, & voluntate Dei, atque alios tractatus oppleat. Idcirco nos eadem vicinitatis carentiarum contingentium cum necessariis impossibilium occasionem & iure simul, semelque Philosophiam, & Theologiam ab his in præsentiarum purgabimus.

CERTAMEN I.

Referuntur opiniones de constitutio formali carentie contingentis.

ETI opinioniones omnes Philosophicas de formali carentia contingentis impugnare animus non sit, eas tamen referre placuit, ut, qui possint ei, quam propulsandam, atque ablegandam suscepimus, inferuire, confutentur. Prima igitur sententia fuit carentias contingentes in nolitione, seu decreto efficaci, quo rem, cuius carentia est, vult Deus non existere, atque à rebus, & existentia semouet, formaliter plerumque consistere; licet quandoque in entitate creata politina consistat. Referuntur pro hac sententia Agidius in 2. d. 34. quæst. 1. art. 3. videturque consentire Greg. d. 24. art. 1. quibus accessit Sforcia Pallavicinus. 5. assertionum Theologicarum, aliens stare in relationibus creatis terminatis ad id quo vicino determinatur subiectum ad carentiam tali forma, quod plerumque erit decretum, seu nolitio Dei de existentia illius. Verum, si semel in decreto efficaci, seu nolitione Dei, quæ necessario in rei cuiusvis ab existentia exclusionem intercedat, & ut hi autem, præcedat, formaliter rei contingentis carentia colloceatur: nescio, quo pacto ea adesse possit, quin carentia rei illius sit.

2. Consequentius igitur secunda Recentiorum sententia docet, contingentes rerum carentias semper, itaque lege, in nolitione Dei, seu decreto eius efficaci de non existentia rei, cuius est carentia sitam formaliter esse. Noster Antonius Perez Valiendæ sententia huius Antesignanus, quem ex sua Castellana Prouincia Recentiores plures sequuntur, atque è Toletana nostra pauci: ex quibus nonnulli actum scientiæ essentialiter veri, siue diuinæ, siue creatæ, ac proinde impossibilis cum obiecti existentia illius carentiam formalem addunt. Et hi quidem in eo, quod addunt de scientia, non satis consequenter loquuntur. Cum enim scientia essentialiter vera de negatione existentie obiecti, Petri v. g. negationem existentie Petri necessario supponat suo modo existentem, & constitutam ipsius constitutum esse minime potest. Secundo: cum in horum etiam sententia carentia, seu negationes contingentes in decreto efficaci, seu nolitione diuina de existentia rei formaliter consistant, atque hæc scientiam negationis rei præcedat: quo pacto carentias eiusmodi constituet, quas supponit constitutas? tertio entitati cuius plura contradictoria dantur, quod impossibile esse ostendimus cert. 4. num. 6.

3. Tertia sententia in relationibus creatis positius rerum carentias, & negationes collocat: quas tamen connotare ait plerumque nolitionem, seu decretum Dei prædictum, quo res ad non existendum determinatur, licet non semper: ut docet noster Sforcia Pallavicinus lib. 5. assertion. Theologicarum, num. 182. atque alij ex nostris Salmanticenses Recentiores, qui consequentius, ut ex num. 1. constat illud plerumque reiciunt, ac semper eas relationes diuinum aliquid rei connotare defendunt. Licet addant, in consequentia, quæ citatus Sforcia, actum etiam scientiæ creatæ essentialiter verum. Præterquam quod, tam hi, quam Recentiores citati num. 2. pro additione simili, aliud implicatorium, quod infra persequemur, incurrunt: nimirum, quod extremo vni contradictionis plus, quam vnum, siue plura designent.

4. Quarta sententia Monzæi nostri d. 1. c. 3. quem Recentiores nonnulli sequuntur, asserit: carentias, & nega-

T

nega

negationes rerum esse ipsas res possibiles connotantes propositionem, negatiuam veram de earum existentia v.g. *Petrus non existit*. Citat pro hac sententia Aureolum Gabrielem, Scotum, & alios. Verum, cum propositionis cuiuslibet veritas in conformitate cum suo obiecto, quod supponit, sita sit, oportet, vt negatio, seu carentia rerum ante, & independentem à propositione, quae vere rei existentia negatur, sit formaliter, ac vere ex parte obiecti constituta, nequit ergo in ea relatione, seu connotatione verae propositionis negatiuae, quae ab eiusmodi propositione necessario pendet, collocari. Idcirco aiunt dicere pro fundamentum posituum impedimentum rei, cuius carentia dicitur, vt nonnulli explicant apud Antonium Perez citatum, scilicet carentiam frigoris, existentiam caloris, atque vniuersum cuiuslibet carentia existentiam sui contraria.

5. Sed certe haec sententia, ita etiam explicata, curta, & falsa est. Curta, quia ad rerum, quae contrarium non habent, carentias, non extenditur. Falsa: quia, cum forma opposita, & contraria solum exigat, vt summum, expulsionem alterius secum impossibilis, cui Deus potest non annuere, atque vtramque conseruare: poterit esse existentia vnius, quin sit opposita carentia: quare in existentia formae oppositae essentia carentiae alterius formae, neque fundamentum ad quod necessario carentia essentialis resulter consistere minime potest. Accedit quod Deus vtrumque contrarium destruere potest, quorum defectus sine vtriusque carentis dari nequit; cum tamen neutrius carentia, aut essentia, aut fundamentum, ex quo necessario resulter contrarij existentia, quae tunc non est, esse queat.

6. Quinta sententia: rerum carentias tenuissimum, ac valde exile esse posituum, siue existentiam tribuit intrinsecam, vt aiunt nonnulli apud nostrum Thomam Comptonem Carleton d. 18. log. sect. 4. num. 4. Id quod docere alij videntur apud Spinulam d. 1. physic. sect. vii. dum esse posituum, quod carentis tribuunt abusu-um appellant: quod ita exile, tenueque, vel abusu-um illud esse sit, vt in nihilum abeat, sitque non esse purum termini, quem carentia à rebus, & existentia secludit: quod proinde abusu-um solum esse dicatur. A veritatis scopo hi non aberrant, vt videbimus; sed male loquuntur, dum posituum esse illud appellant. Si tamen aliquod esse posituum exile abusu-um, & vmbriatum, cuiusmodi mens tribuere eis solet, quae verum, & reale esse nullatenus habent, sed solum in cognitione, cum de eis cogitatur, vt alij apud Spinulam, & Carletonem existimant, in ente rationis carentias rerum ponunt.

7. Sed hi tamen errant manifeste. Tum, quia res quam plures non dari à parte rei certissimum est, atque omnino ab intellectu, & cognitione independentes: ac de fide plures esse mortuos, imo, & res omnes ex aeternitate non fuisse, cum omnia in tempore sint facta. At vero, quando res non sunt, earum carentias reipsa dari, & per se notum est, & ratione euident: alioqui duplex contradictorium falsificaretur simul. V.g. *Adamus est, Adamus non est*: quare ex contradictorijs alterum in rebus esse necessarium omnino est. Si autem reipsa, atque independentem prorsus à cognitione res non sunt, independentem etiam à cognitione earum carentias dari euident erit. Tum etiam: quia, cum entia rationis, tunc solum, cum cognoscuntur adfint: peccata omnia omissionis, quae in carentis, seu negationibus actionum sunt, tunc solum, cum considerantur, atque ab eo, à quo considerantur, erunt, si in ente rationis sint posita. Item is solum, qui defectum diuinarum in me considerat, earum carentiam in me ponit; non, qui eas mihi subripuit. Vnde qui, vt meam subleuet egestatem, atque ei ex misericordia succurrat, illam considerat prius, quam misericors, fur erit: & qui Christi mortem contempletur potius, quam carnisce, Christicida erit. Nec Daemon gloria carebit, nisi ab aliquo cogitetur, quae sunt absurdissima, atque à sana mente abhorrentia.

8. Iam vero, si illo esse posituum, quantumuis tenui, & gracili, quod carentis tribuitur rerum, posituum verum esse, atque existentia realis intelligatur, aliarum

sententiarum, quae verum esse posituum carentis contingentibus rerum attribunt, difficultates non euident, vt ex dicendis patebit: itaque in eo relatae hactenus sententiae (si hanc de ente rationis omittas) conueniunt: vt carentiae rerum contingentes aliquod posituum sint, verèque, & realiter posituum: discrepat autem secunda Recentiorum sententia, atque maiore sui parte sententia prima à reliquis sententijs memoratis: quod illa duarum in diuino decreto efficaciter eas collocent: reliquae vero in aliquo posituo creato, siue illud relatio, siue forma opposita aut contrarium illi, cuius carentia in rebus datur, siue quidpiam aliud sit vti earum relatione data liquet. Et quamuis eas solum sententias, quae in diuino aliquo praedicato contingentes rerum carentias formaliter ponunt, impugnare auiamus sit: quia tamen, si vniuersum in nullo ente posituum collocari posse non streuit, consequenter neque in praedicato diuino, quod posituum necessario est, itare posse deducatur: idcirco generatim primum ostendam, ac deinceps secundum.

CERTAMEN II.

Carentiae rerum contingentes in nullo vero esse posituum consistere; sed puras rerum remotiones, & non esse earum monstratur vniuersum esse.

1. **S**I Doctorum tantum momenti agenda res foret, nulla egeret probatione conclusio: adeo est probatis Doctoribus communis; licet enim eorum plerique carentis rerum contingentium, verum esse negatiuum concedant, dum negatiuum aiunt, esse illud, quod prima voce videbantur carentis tribuere, non solum corrigunt, sed euerunt, ostenduntque solum aliter rerum eiusmodi carentias à parte rei (nec solum sicte, & per rationem, vt chimeras) fore admitendas. Ita conser expresse S. Thom. 1. p. quest. 48. art. 2. vbi negationes in rebus ait esse, non ponendo in eis aliquid, sed tollendo. consonat, quest. 1. de malo art. 2. & quest. 21. de verit. art. 1. Scotus apud Thomam Comptonem d. 18. logicæ, Gabriel in 1. d. 24. quest. 1. dub. 3. Capreol. in 2. d. 34. quest. 2. ad 1. Ferrara 3. cont. gent. c. 19. Sontinas 6. metaphys. quest. 8. & lib. 10. quest. 15. Aureol. in 1. d. 36. art. 2. Scotus 1. physic. quest. 8. noiter Fonseca 4. metaph. c. 2. Palqualig. tom. 2. metaph. d. 65. sect. 2. num. 8. & Mastris apud Pontium iam citandum. Atque hi quidem omnes purum non esse, & remotiones rerum carentias appellant, quin de eis negatiuum esse affirmant: licet idem negatiuum esse, atque purum non esse significet. Eo tamen nomine esse negatiui aliquando admissio eandem conclusionem tradunt nostri Molina apud Comptonem citandum, Vazq. 1. p. d. 61. c. 1. & 2. Soar. d. 54. metaph. sect. 3. num. 3. vbi satis pro se, & pro alijs per esse negatiuum de carentis loquentibus pro nostra hac conclusione se & illos explicuit, dum eas non esse entia realia, sed rationis. Sed non entia & quae in rebus nihil ponant, sed solum tollant: affirmat sancti Thomae phrasin. Repetit sect. 5. num. 2. & num. 5. ac sapius alibi, atque sect. 4. Item Conimbrienses 1. physic. c. 7. quest. 7. art. vii. Rub. in log. de ente rationis num. 13. & 1. physic. d. 3. sect. 2. & d. 9. met. 5. 66. & 72. Arriaga d. 3. physic. sect. 12. dist. 6. metaph. sect. 5. Ouedo controu. 12. met. d. p. 4. Thomas Comptonus Carleton supra sect. 2. 3. & 4. Pontius lib. 1. d. 34. q. 1. & additione contra Mastrum, qui pro eadem conclusione est, et si voce à Pontio dissideat, contendens esse negatiuum carentis huius concedendum non esse.

2. Ex quibus constat solo tantorum Doctorum pondere, & numero, qui vigesimus est (in quibus Theologiae Princeps S. Thom. & Scotus, cum scholis suis totis, Vazq. & Soar. numerantur) satis firmiter conclusionem nostram fundari. Sed maius, ab auctoritate etiam, pondus eidem conclusioni accedit ex Ecclesia, & Theolo-

gæ Lamine Augustino de Genesi ad litteram cap. 5. ita scribente: *Non enim Deus fecisse tenebras dictus est: quoniam species ipsas Deus fecit; non privationes, quæ ad nihilum pertinent.* Firmiora etiam adiunt scripturæ, & Conciliorum testimonia. Ioan. 1. *Sine ipso factum est nihil.* Nihil autem omne positivum excludit esse; quia est contrarium remotionum positivorum omnium: quare doctæ aiebat recitatus Augustinus, privationes ad nihilum pertinere: quia ex omnibus absolutum nihil constat. Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.* Et sexcenta alia sacre pagine in eandem sententiam testimonia. Item de fide est: *Deus de nihilo utramque condidit creaturam.* Argue item: *Deus omnia potest in nihilum redigere.* Vellem ergo mihi ab adversariis explicari quid per nihilum Sacra pagina intelligat: quidque purum nihil præter omnis entis veri remotionem? & quomodo ex nihilo omnia Deus fecerit, atque in nihilum redigat: si in ipso nihilo puro aliquid ens positivum, siue creatum, siue increatum continetur: sed de hoc iterum à ratione contra eodem agemus.

3. Iam à ratione probatur generatim conclusio: quia, sicut huic propositioni: *Omne ens positivum existit.* Contradictorium assignari potest, ita, & eius obiecto vere, & à parte rei contradictorium assignandum est. Atque, si rerum carentia in positivum quous consistant, neque esse neque assignari contradictorium eius propositionis obiecto: ergo rerum carentia, seu negationes in nullo esse positivum constant. Minor suaderetur, nam cetera patent. Quia, si in aliquo ente positivum carentia rerum constant, ut vere, & à parte rei aliqua rerum, seu rei alicuius negatio deat, quod obiectum propositionis contradictoria sit, aliquid ens positivum dari vere, & à parte rei debet, in quo carentia, seu non esse rei alicuius consistat: sed aliquid ens positivum vere, & à parte rei existens, non contradicit, sed subalternatur potius, & continetur in obiecto illius primæ propositionis: *Omne ens positivum existit*, ut patet, cuius obiecto obiectum contradictorium assignandum erat: ergo, si carentia rerum in aliquo positivum consistant, non potest dari, assignarique à parte rei, verum obiectum contradictorium obiecto illius propositionis. Nec valet aliquid ens positivum negatum contradicere omni enti positivum affirmato. Si enim in ente illo positivum negatio adhuc ens verum, & reale positivum claudatur, ut in horum sententia claudi debet, perit argumentum, si non claudatur est nostra conclusio. Ut mutam affirmatum, & negatum ex parte obiecti non esse, sed esse denominationes ipsi à propositionibus extrinsecis advenientes, quæque in veris propositionibus ex parte obiecti solum, vel ens positivum, vel eius negationem, & remotionem; seu ens, si ita loqui velis, negatum supponant.

4. Dices primo in hac doctrina, non omni propositioni, assignari posse contradictorium, neque eius obiecto. Etenim huic propositioni. *Omne cognoscibile est cognoscibile.* Cuius contradictorium esse debebat: *aliquid cognoscibile non est cognoscibile.* Quæ propositio, cuiusque obiectum subalternatur primæ, ac proinde neque ipsa, neque eius obiectum, primæ, cuiusque obiecto contradicere queunt. Minor probatur: quia aliquid cognoscibile subalternatur, & continetur sub omni ente cognoscibili. Video Recentiores, tam levi probatione, minorem admittere, atque, ut se ab argumento expediant, multa quæ melius quiescerent, movere. Cum tamen Minoris illius nulla ea probatio sit. Etenim solum probat subiectum eius propositionis sub universali contineri, quod omnino opus est, ut ei contradicatur: cum aliter eundem de eodem non esset, ut omnis contradictoria esse debet; non autem probat totum obiectum illius propositionis contradicentis universali affirmatiue sub huius obiecto contineri. Etenim non cognoscibile, quod in particulari negatur illius contradictoria ponitur est cognoscibile, quod erat universalis affirmatiue prædicatum, negatio, seu cognoscibile negatum. Sed dices id ipsum, quod negatur cognoscibile debet: atque ex parte prædicati negatur cognoscibile in contradictoria negatiua; ergo quod ponitur ex parte prædicati est cognoscibile, quod includebatur ex parte subiecti, sicut universalis ponebatur: ergo totum obiectum negatur particularis subalternatur, seu continetur sub obiecto universalis. Negatur hæc consequentia: co-

Christoph. de Ortega, De Deo Uno, Tomus I.

gnoscibile enim negatum, seu negatio eiusdem cognoscibilis non est cognoscibile, sed eius contradictorium, ut in hac: *Petrus non est Petrus*, idem Petrus negatur, qui in contradictoria *Petrus est Petrus*, affirmabatur; & tamen non est idem Petrus negatus, seu negatio Petri, ac Petrus. Argumentum autem probationis solum probat propositionem illam negatiuam particularem falsam, & implicentem in terminis esse, sicut hæc, quæ à nobis in exemplum adducitur: quod extra rem est.

5. Probatur secundo conclusio. Quia, si negationes, & carentia rerum in positivum, non autem in pura negatione ab omni positivum distincta, consistent, non solum propositioni præfate, cuiusque obiecto, sed nulli propositioni dari contradictoria potest, sed sola contraria, quæ est inter positiva impedimenta mutuo se impediencia, ac sub eodem genere entis se expellencia. Id, quod & receptissimam divisionem oppositionum in contrariam, & contradictoriam, tanquam inane delirium, & chimaram irridet, & totam dialecticam, imo & scientias omnes evertet. Assumptum suaderetur. Quia, nisi dentur negationes rerum puræ ab omni positivum distincta, non dantur obiecta contradictoria. Sed his non datis, nec dantur propositiones contradictoriae: ergo. Maior probatur: quia enti sola, ac pura negatio entis contradicit, sicut non esse contradicit esse: at ens, seu non esse nequit esse idem quod ens, sed pura negatio entis, seu esse: ergo, nisi negationes puræ ab omni positivum distincta dentur, nequit esse obiectum contradictorium entis, seu esse. Minor probatur. Quia obiecta derivant oppositionem in propositiones: ac ideo assensus affirmatio est: quia obiectum esse apprehenditur, sicut enuntiatur: & ideo negatio, & dissentius à prædicato est, quia negatio illius esse in subiecto percipitur. Sed accipe huius confirmationem ex Arist. in Dial. c. de oppositis. Ita scribente. *Uti affirmatio, veluti sedet, negationi, seu non sedet, opponitur: sic, & res, quæ sub utrumque cadunt, sedere inquam, & non sedere, sibi mutuo adversantur.* Dicant nunc Recentiores: ita à nobis contradictoria apprehendi, & iudicari, ut alterum extremum pura negatio sit; aut in re aliquid positivum claudi: ac proinde corrigendam esse à ratione, & discursu cuiusmodi apprehensionem, & errorum commune iudicium: corrigantque, dum fateantur se Aristotelis, atque omnium sapientium errorem iudicii corrigere.

6. Tercio probatur conclusio. Carentia rei est obiectum enuntiatum per negatiuam propositionem: atque obiectum per illam enuntiatum nil positivum est: ergo carentia rei nil est positivum, sed merum negatiuum, & nihil. Probatur minor primo. Quia sola remotione formalis, & defectu entis positivi, quod negatur, verificatur ea propositio: cum ex ea præcisè, seclulo quous alio positivum, conformetur suo obiecto. V. g. Antichristus non existit; sola, ac pura remotione Antichristi à rebus nunc posita conformis suo obiecto est, quin aliquid positivum in rebus existat. Tum etiam. Quia in ea nihil positivum enuntiatur, neque plerumque cogitatur ab enuntiante: imo, ante adversariorum sententiam, nunquam ab illo cogitabatur: at nequit verificari propositio nisi deat obiectum per illam enuntiatum: ergo obiectum enuntiatum per propositionem negatiuam, formaliter, nil positivum est, sed pura entis positivus remotio. Secundo probatur, virgentius adhuc, eadem minor. In hac propositione, *nil positivum contringens existit.* Enuntiat carentia cuiusvis, & omnis entis positivi: at id, cuius carentia enuntiat, seu, quod negatur per propositionem, nequit enuntiat, per eandem: ergo nihil positivum in ea propositione enuntiat: ac proinde in eius propositionis obiecto enuntiato nihil positivum est, quod per illam enuntietur: sed sola, ac pura entis positivi cuiusvis, seu omnium positivorum remotio, ut in ea minori dicebatur.

7. Dices. In ea propositione id in re ipsa latenter affirmari, quod negatur expresse. Siquidem rei carentia ea expressione, quæ dicitur negatur, & latenter affirmatur aliquid positivum, in quo carentia oppositæ contringentis cuiusvis consistit. Sicut hæc propositione, *p. prima impedimenta cuiusvis entis positivi existunt*, expresse entia positiva affirmantur, & latenter eadem remouentur, & negantur. Nec mirum est idem re ipsa sub una expressione

ORTEGA
in A. pati
D. VIa

propositionis vnus affirmari, quod sub alia alterius propositionis expressione negatur. Sicut sub vna propositionis expressione possumus negare rationale, & simul affirmare animal cum illo identificatum. Sed locum simile hoc non habet, est quippe chimaricum, vt patet. Etenim præcisiones formales locum non dant, vt idem reipia affirmari, & negari admittatur; imo vero, neque concipi vnum prædicatum rei eiusdem vero obiectiue, licet apprehensionis vnus prædicati præscindendo ab alio secum identificato dent locum; non tamen apprehensioni, & iudicio vnus cum negatione alterius secum identificati sine expressa contradictione, & chimara: ac proinde sine necessaria iudicii illius falsitate, & apprehensionis errore.

8. Secundo. Vt verum in animali, & rationali, quæ vel diuersæ obiectiue formalitates sunt, vel saltem diuersa habent connotata, exemplum haberet: aut in carentis rerum contingentium, quæ in solo positio impedimento sunt, in horum sententia sita, verum habere non potest. Nam idem ipsum tam realiter, quam formaliter eadem propositione affirmari, & negari nullatenus, nisi cum aperta contradictione, potest: ergo, licet impedimenti positui, in quo realiter, & formaliter rei contingentis carentia, per se, consistit, possit, vnum prædicatum, seu vna formalitas affirmari, & negari aliud cum ipso realiter identificatum; non autem affirmari, & negari carentia, seu impedimentum ipsum totum, nisi contradictorie: non minus, quam affirmari, & negari simul animal, vel Petrum. Sed quidquid de hoc sit, vterius, vel respondentes præscindunt obiectiue, vel formaliter solum? si obiectiue, aliud concipiunt cum affirmant impedimentum rei contingentis existeret, ac quando negant rem existeret: ac proinde id quod concipiunt formaliter positium non erit, sed purum nihil, quod cum positio identificari repugnet. Si autem præscindant formaliter solum, idem expriment cum negant, & quando affirmant, licet diuersus expressionis modus sit, qui affirmantem, & negantem simul idem ipsum, quod solum cognoscit, a contradictione, ex casu non potest: cum idem sub ratione eiusdem (eo solum quippe modo illud cognoscit: cum cognitionibus illis directis non existentia vniuersalis omnis eius, quam negat, & existentia positio rerum entium impedimentum, quam affirmat supra ipsas, & modos expressionis non reflectat) affirmet, ac neget.

9. Tercio probatur eadem illa minor, ac simul confirmatur illius probatio prima: quia hæc propositio, *Antichristus non existit*, vere enuntiata fuit: à mundi exordio: ergo eius obiectum enuntiatum à mundi exordio fuit cognitum à profertentibus (alioqui omnes illam profertentes stupidi, ac vesani essent: imo impossibile est à veteribus, & stupidis adhuc, enuntiarum incognitum, & incognitum) sed ad hæc vsque tempora nemo cogitabat, necum censebat, carentiam in positio consistere: ergo solum remotionem, & negationem puram, seu carentiam existentia Antichristi: ergo sola remotione, carentia, & negatio pura existentia Antichristi, ac nihil positium, fuit obiectum ea propositione enuntiatum, vt proponebatur in minori. Insuper: cum vera semper ea propositio fuerit: modi obiecto vera erit: acque illa sola pura carentia, & negatio, quin aliquid positium sit, satis à rebus Antichristum removebit, vt contendimus. Item & nunc reliqui à Recentioribus hinc vere iudicant. Antichristum non existeret, cum tamen, dum id iudicant nihil positium cogitant, sed solum eius defectum & purum non esse, quos, si falli dicis, quia nullum datur impedimentum positium, ridendo dicere poterunt se de Petri carentia, & pura, & remotione, agere, non de impedimento positio, quo ea carentia, & remotione inducitur. Sane si roganti: an carentia consistat in positio? respondeas, *Datur Deus, vbi aliquid positium iuxta, varios modos assignandi impedimenta rerum, quod æquiualeat in sua doctrina huic: omnis carentia in positio consistit*: ridendum merito esset. Quæ his responderi possent statim subdam, & refellam num. 10.

10. Quid plura? ne Recentiores quidem ipsi, contra quos agimus, negare possunt se carentiam puram, atque ab omni positio distinctam concipere, dum illam indistinctam negant. Etenim nemo dubitare, aut negare po-

test id quod nullatenus apprehendit, & cogitat, sed profusus illud ignorat. Atqui aduersarij inquirunt, an carentia à positio distingatur, ac sit mera negatio: idque esse negant: ergo eam cogitant, & apprehendunt, vt meram carentiam ab omni positio distinctam. Quod si ex suo conceptu obiectiue, ab omnibus hæc tenus admissio, atque ab aduersariis admittendo, imo admissio de facto, pura negatio ab omni positio distincta, erit plane & suo conceptu inidentificabile ipsi. Confirmatur. Quia, si carentia conceptus obiectiue diuersus ab impedimento positio sit, dum inquiritur, an carentia rerum in positio consistat? erit intellectus questio, & addubitatio, ac si rogaretur an *Petrus distingatur à Petro, vel sit Petrus?* erit enim sensus, an impedimenta rerum contingentium sint impedimenta rerum contingentium: vel hæc ipsi distinguantur: quod assertu ridiculum est. Sed dicet te concipere sciam à nobis, & chimaricam carentiam. Bene: vel ergo concipis chimaram omnino ex positio compactam, & sic dubitas, & negas distinctionem de obiecto, quod non concipis, sed profusus ignoras: quod insanum est: vel illam concipis ex positio & mere negatio ab omni positio distincto fabricatam, & iam concipis carentiam puram. Insuper, tunc cum ea chimara à te negatur, vel negatur carentia positio, & mere negatio simul, & sic negatur duplex contradictorium, atque affirmatur duplex contradictorium simul falsum esse posse: vel negatur illa solum chimara pars, quæ ex suo conceptu omne positium excludit (altera enim pars chimara, quæ positium claudit, est tua sententia) ergo concipis negationem rei ab omni positio distinctam, vt contendebamus.

11. Quarto hæc vox *nihil* aliquid habet significatum. Vel ergo eius significatum est aliquid verum, & positium, vel non, sed omnis positio negatio, & carentia pura. Si secundum: ergo cum significet carentiam puram omnis entis, eius significatum in pura carentia ab omni positio distincta consistit. Si autem significet aliquid verum, & positium: ergo nihil est aliquid, ac vera erit hæc propositio in terminis implicatoria: *nihil non est nihil*, quæ eadem est cum hæc. *Nihil est aliquid*. Verum *nihil* puram rerum carentiam, & remotionem significat, seu purum nihil, probatur vterius ex Ioanne 1. *Sine ipso factum est nihil*. Si enim aliquid positium significaret, sensus esset, sine Deo factum esse aliquid: quod est erroneum. Nec satis erit Recentioribus illud positium, quod *nihil* significatur, diuinum quid esse, ac proinde non factum. Etenim nihil illud factum sine Deo dicitur: ac proinde ad Deum recurrit nequit, vt nihil factum dicatur. Item nulla vox significans positium est synonyma, sine æquiualeat huic voci *nihil*: ergo hæc non significat positium aliquid. Antecedens patet in his fidei sanctis propositionibus. *Deus omnia quæ fecit potest in nihilum reducere*. Ioann. 1. *Sine me nihil potestis facere*. Iob. 4. *Nihil in terra sine causa fit*. Math. 10. *Nihil est opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non scietur*. Luca 9. *Magister rota nolle laborantes nihil capimus*. In quibus, quocumque termino positium significante *nihil* explices, absurdus sensus efficitur. Dices, *nihil* significare aliquid respectu Dei, non autem respectu creature. Contra primo: ergo sine Deo factum est aliquid Dei, quod multisimam est implicatorium, & erroneum. Etenim quod est nihil respectu creature: aliquid, per te, est respectu Dei: sed respectu creature factum est nihil: ergo factum est aliquid respectu Dei. Contra secundo. Impedimentum positium, quatenus respicit creaturas est, ac dicitur nihil: sed quatenus respicit creaturas est aliquid: ergo quatenus nihil est aliquid.

12. Probatur quinto conclusio: quia bruta per imaginationem cognoscunt rerum carentias. Sic de catulis subreptis rugit leona: atque carniuora animantia non egrediuntur ad rapum, quouique noctem adesse, abesseque lucem cognoscunt: vel, quod nobis magis faciet, lucem, vel catulos non vident: sed bruta non percipiunt tunc impedimentum positium existentie illorum rerum, vel in se, vel in loco, & spatio illo. (Maxime, si eiusmodi impedimentum sit decretum Dei) ergo carentia rerum non sunt in positio impedimento existentie rerum. Minor probatur. Quia in primis Dei decreta nequeunt percipere: atque ex creatis impedimentis lucis

vel

vel solis ea non percipiunt: cum sint ultra sensuum sphaeram. Dicunt Recentiores, bruta non cognoscere Dei decreta, & nolitiones sub hac ratione, scilicet quatenus sunt laci, vel catulorum impedimenta. Contra: quia per te formaliter, quatenus decretum, seu nolitio Dei efficax de existentia lucis est, est impedimentum formale lucis, cuiusque negatio: ergo nequit cognosci nolitio Dei, ut impedimentum formale lucis, cuiusque negatio est, quin cognoscatur, ut nolitio efficax Dei de existentia lucis.

13. Denique probatur ex illo receptissimo axiomate: *sicut affirmationis causa, est affirmatio, ita & negationis causa, est negatio*. Quod in causis, & effectibus receptissimum in Philosophia, & Theologia est. Nempe ex puro non esse, siue negatione causæ, & influxus necessarij requiritur ad effectum præcisè poni effectus remotionem, seu negationem, quin aliud, siue positum, siue negatum intercedat, sicut ex positione causæ, & influxus necessarij ad effectum ponitur effectus. Et ratio est manifesta. Etenim si causa hæc, & influxus positum ad positionem effectus requiritur, eis, vel eorum aliquo deficientibus effectus non erit, licet reliqua eius impedimenta non adsint; alioquin ea necessitatio non requireretur, ut esset effectus: ergo non esse rei, seu effectus illius remotionis quibus impedimentis, ex eo præcisè, quod causa, & influxus necessarij ad illum deficient, apponitur, suoque modo à parte rei erit. Tunc autem in nullo positio impedimento illius carentia, seu non esse potest consistere; cum tamen cuiusvis essentia esse nequeat sine seipsa: ergo carentia rei contingentis essentia, & formalitas non stat in positio rei impedimento, sed in pura rei illius negatione, ac remotione mera. Confirmatur: quia sublatio Deo, cuius decretis efficacibus de rerum existentia, quæ causa necessaria, & essentialis rerum omnium sunt, non essent res ex mere defectu causæ necessariæ, & essentialis earum: ut idcirco recitatis verbis ex Ioan. 1. dicatur *sine ipso factum est nihil*, ut persequar certamine sequenti.

CERTAMEN III.

Carentias contingentium rerum in nullo prædicato diu. no stare speciatim contra Recentes nostros monstratur.

1. Vtinus tandem ad præsentis instituti certamen, atque præcedentis certaminis scopum: ostendendi, nimirum, in nullo decreto efficaci, seu nolitione Dei de existentia contingentis huius defectum, & carentiam posse consistere, ut nostri Recentiores enixe contendunt. Si enim in nullo positio stare eiusmodi carentia potest, in decreto, seu quoniam alio Dei prædicato (cuius prædicata omnia positiua sunt) stare nequibit. Verum speciale hoc Recentiorum inuenitum specialibus rationibus confutandum nobis in præsentatum est: & præterea ea, quæ, dum generatim eiusmodi carentias in nullo positio impedimento stare posse monstrabant, neque in vilo decreto diuino consistere obiter ostendebant cert. 2. arg. 1. & 6. n. 12. & 13. arguo primo ex verbis Ioan. 1. *sine ipso, id est verbo, ac Deo factum est nihil*: ergo sine vilo decreto Dei, aliove prædicato diuino de non existentia rerum. Probatur consequentia: quia sine Deo, nec decretum, neque aliquid diuinum est: sed sine Deo factum est rerum contingentium nihil: ergo sine decreto, vel prædicato vilo diuino factum est nihil. Sed quidquid factum est eo modo est, quo factum est: ergo sine vilo decreto, aut prædicato diuino est nihil. Probatur subsumptum antecedens licet de se, ac ex terminis patcat. Inde enim probatur euidenter, imo ibi reuelatum est, verbum esse hominem: quia verbum factum esse hominem: dicitur Ioan. 1. *Et verbum caro factum est*.

2. Dices: Carentias rerum factas dei non posse: sed potius non factas res: ac proinde ex subsumpto probato, & admissio nihil pro nobis inferri. Non dubito rerum carentias non fieri vero positio influxu, & actione, sed

eius defectu, unde probabam cert. 2. num. 13. rerum carentias nullo positio impedimento, ut suo modo sine egere, sed solo influxu, & actionis defectu res non fieri: ac proinde neque esse: aut eodem defectu, quo res non factæ dicuntur, nihil factum esse ab Spiritu sancto dicitur, nec solum res non esse factas. Et sanè, licet silentium negatio loquela, & vocis sit, factum esse in callo silentium ab eodem Euangelista in Apocalypsi dicitur. Sapientiaque sacra pagina, & Latine lingue periti eadem phrasi, ut propria loquuntur, sim. 7. terque de aliis rerum carentiis Scriptura, & prophani authores. Cædes enim, & clades magna, id est interitus, & mors factæ in Israel, & in exercitiis frequenter dicuntur. Ea enim, quæ actionem physicam terminare nequeunt, possunt tamen terminare actionem grammaticalem: quod satis est, ut proprietate sermonis facta dicantur.

3. Probatur secundo conclusio. Quia, si rerum carentia stant in decreto de non existentia rerum, seu in nolitione existentia earum positiua, nequit assignari huius decreti obiectum intantum. Probatur: quia obiectum efficaciter intantum non est rei existentia, sed non existentia potius, seu rei carentia: ergo, si rei non existentia, & carentia sit ipsum decretum, ut non existentiam rei velit ipsum decretum velle debet: ergo decretum illud, in quo rei carentia consistit, debet esse decretum reflexum: siquidem directi nequit assignari pro obiecto non existentia, seu carentia rei, quæ intenditur, ut non sit: unde rursus probatur, neque decretum primum reflexum esse posse rei carentiam, seu non esse: quia cum habeat pro obiecto decretum directum, quod rei carentia non est, ut vidimus, nequit dum illud intendit, & vult, rei carentiam, seu non esse velle: ac proinde neque ipsum decretum reflexum poterit esse decretum efficax rei non esse, seu carentiam intendens: quare neque erit decretum hoc reflexum rei carentia, seu non esse: Unde rursus inferitur, nec est secundo alio reflexo decreto reflexum illud primum efficaciter intendatur, & tertio alio reflexo reflexum aliud, & aliud in infinitum, nullo ex infinitis reflexis posterioribus, & posterioribus supra reflexa decreta priora & priora rei carentiam, & non esse intendi posse: ac proinde in nullo excogitabili Dei decreto rei non esse, seu carentiam posse collocari.

4. Dices simili argumento probari contra satis vulgarem opinionem, peccatum remitti, ac destrui non posse per extrinsecam Dei condonationem: fateor. Sed quid inderoboris huic argumento decreverit, ex eo quod rem aliam mihi etiam veram euincat simile aliud argumentum, & asine: dices obiectum huius decreti esse existentiam rei, non quidem volitam, sed odio habitam, eam quippe decretum efficax, & eius nolitione auersatur, & fugit: qui modus diuersus tendendi satis est, ut eo affectu res omnino à rebus tollatur. Quemadmodum identitas, siue esse idem prædicatur, & subiectum propositionis obiectiue est obiectum, quod mens iudicio affirmatiuo, siue assensu prosequitur; negatiuo vero, seu dissensu negat, atque speciali suo tendendi modo aduertatur. Contra: quia, licet decreti efficacis de non existentia rei, siue nolitionis positiue existentia rei, atque efficacis auersionis, & fugæ ab eius existentia, existentia ipsa sit obiectum, & materia circa quam deliberationis diuinæ; non tamen est obiectum efficaciter intantum, omnis autem efficacis voluntatis diuinæ intantum obiectum dari debet: quod, nisi existens oppositum, scilicet non existentia, seu rei non esse, seu carentia, esse non potest. Confirmatur: quia fuga, & auersio positiua, ac non mere negatiua, quæ est in suspensione actus, nisi inter extrema opposita dari nequit, ut in omni fuga, & auersione positiua materiali, & spirituali cernere licet: ergo prosecutionis efficacis existentia, atque efficacis auersionis ab existentia, oppositi termini, in quos tendant, seu, quos intendant, debent assignari: scilicet rei existentia, & quæ opposita ipsi non existentia rei eiusdem.

5. Id ipsum confirmat exemplum ab aduersariis adductum de diuerso tendendi modo assensus, & fugæ dissensus positiui circa identitatem extremorum propositionis. Licet enim vterque circa eam versetur, aut, quia dissensus per modum fugæ, & auersionis versatur, ad eius oppositum extremum, & obiectum tendit, scilicet eius negationem, ut expressè Aristoteles aiebat citato capite

de oppositis verbis hifce datis cert. 2. n. 5. *vi affirmatio, veluti sedet, negationi, seu non sedet opponitur: sic, & res qua sub vtrumque cadunt. Sedere inquam, & non sedere sibi mutuo aduersantur.* Nil aliud sunt autem res, quæ sub vtramque illam propositionem cadunt, nisi vtriusque obiecta, quæ in prosecutione iudicij affirmatiui assensus, & fuga, seu auersione iudicij negatiui dissensus, opposita esse debere & contradictoria relictur Aristoteles; licet materia, circa quam iudicij deliberatio versatur, sit identitas extremorum: ergo diuinæ prosecutionis voluntatis existentia, & auersionis, seu fuge positionis eiusdem existentia obiecta intentata debent esse opposita: licet materia deliberationis, circa quam, sit rei existentia.

6. Confirmatur primo: quia materia etiam deliberationis non est sola existentia rei, sed non existentia proposita: sicut materia etiam deliberationis ad prosecutionem, seu ad non prosecutionem, seu fugam actus. Etenim ex sola propositione existentia cuiusque conuenientiarum nequit fuga actus oriri; sed ex propositione inconuenientiarum existentia eiusdem, quæ eius negatione vitentur. Confirmatur secundo: quia tota nolitio, seu efficax fuga positura, ac decretum efficax de non existentia rei, totique modus tendendi in illis reperiuntur hac solum ratione recte explicatur: volo rem non esse: in hac autem oratione, quis non videat non esse rei esse obiectum volitum: nisi tota etiam Grammatica corrigenda, imo & euertenda sit. Atque his quidem satis impugnata manet solutio illa, quam simili argumento contra extrinsecam condonationem peccati Recentiores alij solent adhibere. Nempe, eiusmodi decretum de non existentia Peccati, siue volitionem non existentie illius, non esse volitionem non existentie affectiue, id est, quæ in non existentiam, tanquam obiectum volitum feratur, sed effectiue solum, id est, quæ peccatum ex speciali tendendi modo à rebus semoueat: ut enim vidimus hactenus, atque oratio, qua voluntas positura volitionis existentia Petri hactenus, ab omnibus etiam Grammaticis, explicata fuit, explicarique potest, ostendit, positum actus, ac decretum de non existentia Petri affectiue etiam in non existentiam Petri necessario ferri.

7. Probatur vterius: quia modus ille tendendi nolitiois existentia Petri, quicumque ille sit (est siquidem, ut Recentiores aiunt inexplicabilis, vique, quia intelligibilis) est modus tendendi affectus voluntatis: ergo affectiue, imo voluntatis affectum in aliquid effectiue ferri, quin & affectiue feratur est ad hæc usque tempora inopinatum. Imo vero ea solum ratione voluntates efficaces in aliquid effectiue ferri posse, quatenus affectiue in illud feruntur, atque inde vel seipsas, vel potentiarum executionum applicatione illud exequuntur, quod intenditur fixum apud Philosophos, & Theologos semper fuit. Secundo positura illius voluntatis, qua ex speciali illo tendendi modo effectiue, ac non affectiue circa Petri non esse à rebus Petrus amouetur obiectum aliquod assignandum est, quod remotio à rebus, seu carentia Petri non sit: cum autem nullam præ aliis accommodatius sit, ut modus ille tendendi in ipsum, effectiue, ac non affectiue circa rei non esse inueniatur, vel cuius affectui modus ille tendendi arbitrio affigatur: Dici posset, ea, qua vultum Recentiores, libertate, affectu erga muscam, vel raphanoscum speciali quodam tendendi modo effectiue, ac non affectiue circa Petri carentiam, & non esse, Petrum ex rebus tolli: id quod, ridiculum est: ac proinde & solutio hæc de tendentia effectiua, ac non affectiua erga rei non esse, ex qua eiusmodi consecrarium inferitur.

8. Denique eiusmodi tendendi modus effectiue, ac non affectiue in illo voluntatis actu inexplicabilis, ipse, Recentibus farentibus, omnino est: quod, ut ab ipsis non defenderetur satis esse debebat. Ceteris autem omnino, & ipsis est intelligibilis. Sed dicunt plura etiam ab omnibus admittenda, quæ satis explicari nequeunt. Ecce enim, inquit, voluntas superioris dantis facultatem subdito, ut aureos duos in vltus honestos pecuniarum à subdito sepe non ferat affectiue, cum potius sape, dum eam facultatem facit, nollit à subdito pecuniam illam in eos vltus expendi. Et tamen cum vltus pecuniarum effectiue licentiarum

facit qui modus tendendi effectiue specialis à nomine satis amplius explicatur: ergo similiter in nostro casu, quæ in voluntate condonatiua peccati potest euenire, ut res, & peccatum effectiue condonatio, & nolitio tollantur: quia vtrique effectiue in non esse rei, & peccati tendat, quin tendat affectiue, licet specialis tendendi modus effectiue, ac non affectiue circa rei, siue peccati non esse explicari amplius non possit. Ceterum nescio quo pacto ex eo, quod aliquid inexplicabile sit, liceat aliud explicari alias facile in alia sententia (ut in nostra de carentiis, ac non condonatione extrinsecæ peccati contingit) ita in opposita defendere, ut etiam sit inexplicabile mysterium. Inde enim omnia ita defendere possemus, ut inexplicabilia fierent: quia mysterium Trinitatis inaccessibile, & inexplicabile est, totamque Philosophiam, & Theologiam mysteria facere.

9. Sed ostendamus in exemplo inexplicabilis illius modi tendendi voluntatis superioris facultatem facientis subdito ad pecuniarum vltum nihil inexplicabilis modi tendendi circa vltum pecuniarum effectiue esse, qui affectiue non sit: sed clare, & aperte effectiue esse. Etenim subditus voto paupertatis physice potestatis vltum pecuniarum, & bonis, impotem moraliter, & illicitum vltum sibi fecit, independentem à voluntate superioris erga vltum bonorum à subdito faciendum: ergo sola voluntas superioris circa illum ipsum, subdito vltum potest expedire: cuius voluntatis manifestatio satis subdito est, ut vltum pecuniarum licitum ipsi reddat. Quod autem sape superior cum subdito vltum pecuniarum nollit, de nolititate, seu nolitio inefficaci, cum qua voluntas efficax eiusdem vltus subditi in superiore recte componitur, est intelligendum. Dices primo satis esse voluntatem permissiuam vltus illius in superiore, quæ affectiue non sit: esto: sed, si voluntas illa permissiua vltus subditi positura est vel formalis, vel interpretatiua, nequit non vel formaliter, vel interpretatiue affectiue in eum vltum ferri, ut contendimus: sin vero neutro modo positura est, non est ad rem exemplum. Agimus enim de voluntate positura remotionis, & carentia rei contingens.

10. Dices secundo: voluntatem illam superioris esse faciendi facultatem subdito ad rei vltum, cum qua stare potest efficax etiam nolitio vltus rei à subdito. Sed in primis non capio quo modo cum voluntate effectiue, saltem interpretatiue vltus rei subdito (cuiusmodi in superiore est, cum illius vltus subdito potest facultatem facit) efficax nolitio eiusdem vltus stare in eodem superiore queat. Alioqui cum voluntate efficaci mediorum efficacium ad effectum stare poterit efficax eiusdem effectus nolitio: nec volita ab incendiario domus succensio censenda erit quia ignem ipsi applicuit, ut succendatur, nec mors etiam proximi ei, qui gladio illum confodit: siquidem vtrumque ab his nolitum, ut sic loquar, efficaciter simul esse potuit. Secundo quodam obiectum vult vel formaliter, vel interpretatiue, nisi vltum rei in subdito superior, cum vult in eo vltum facultatem, quam concedit? Tercio quidquid aliud facultas sit, & velit superior à voluntate vltus subditi cum re vltum facultatem vult, & facit, id tamen, quod vult, & affectiue apponit est forma cuius negatio illicitum illum faciebat, & moralem impotentiam re vltum formaliter inducebat in subdito: quare licentia, quam affectiue, & effectiue apponit, appositio, est appositio forme, qua licitus redditur vltus subditi: ac proinde sine vltio speciali modo tendendi voluntatis superioris, in vltum tue sententia, apponitur forma affectiue, & effectiue simul, qua posita nequit non vltus licitus esse: sicut nequit non paries dexter constitutus posita in debito loco mea dexterritate, etiam, cum non recordor, ne dum non volo, dexterum illum constituere: quocirca, ut in re nostra exemplum teneret, oporteret, ut forma, qua à rebus remouetur formaliter contingens eo decreto affectiue intenderetur, sicque effectiue apponeretur simul, ut contendimus, atque in tua hac sententia fieri nequit: sique in vltio casu sine vltio modo tendendi inexplicabili doctrina

constitit.

CERTAM.

CERTAMEN IV.

Veritatis eiusdem argumenta plura
statuuntur.

1. Tercio argumentor: Carentia contingens decreti diuini de productione Petri, vel alterius mundi pure possibilium non stat formaliter in politico impedimento decreti diuini, sed in pura omissione decreti diuini de existentia Petri, aut alterius mundi pure possibilium: ergo carentia rei contingens vniuersum non stat in aliquo politico impedimento decreti diuini, sed in puro non esse, seu negatione, ac non esse decreti diuini de Petri, vel alterius mundi existentia: imo, cum non alia sit ratio de carentis contingentibus aliam rerum, idem de omnibus, ex eo antecedenti inferitur. Suadetur antecedens: quia nullum decretum, quod de facto est, de rerum existentis pugnat cum decreto de Petri, vel mundi illius existentia. Sed ne recurratur ad inexplicabilem illud speciale tendendi modum decreti cuiusvis diuini, probatur vterius illa minor, atque occurrat alteri solutioni: quia in Deo datur libertas contradictionis nec solum contrarietatis erga Petri, vel alterius mundi, atque rei cuiusvis productionem, vel decretum de ea producenda: at, si carentia decreti sit formaliter decretum aliud positum, decreto de re producenda oppositum, non autem putum non esse eius decreti, non erit in Deo libertas contradictionis, sed solum contrarietatis: ergo carentia decreti de Petri, aut cuiusvis mere possibilis productione non stat formaliter in decreto opposito, sed in pura carentia eius decreti. Maior (licet consequentia) ergo, sicut alia plura firma in Philosophia, & Theologia passim negetur ab aduersariis negantibus Deo pura omissionis possibilitatem) probatur facile. Tum, quia perfectio libertatis est, ac proinde in creaturis liberis eam aduersarij admittunt: Tum, quia cum perfectio earum sit, quæ nullam dicunt imperfectionem, Deo summe perfectio libero denegari non potest: id quod vrbegimus adhuc n.4.

2. Et sane nescio, quo pacto in hac sententia libertas contradictionis humana admitti, saluamque possit. Ideo quædam argumentum contra ipsam instituendum ita erit. In creaturis liberis potest esse libertas contradictionis: atqui, si omisso, & carentia actus formaliter sit in aliquo decreto, vel prædicto diuino, nequit esse in creaturis liberis contradictionis libertas: ergo non stat formaliter pura omisso actus in aliquo decreto, vel prædicto diuino. Minor probatur: quia libertas contradictionis est potestas indifferens operantis, seu in operante ad vtrumlibet ex oppositis extremis contradictionis, vt Philosophis, Theologisque omnibus, etiam aduersariis est in confesso: atqui, si omisso, seu carentia actus sit formaliter in decreto, seu aliquo prædicto diuino, nec est potestas indifferens creature libere, seu in creatura libera, imo neque esse potest, ad vtrumlibet ex extremis oppositis contradictionis, nempe actus, & omissionis, seu carentie actus: ergo neque est libertas contradictionis. Consequentia est certa. Minor ostenditur. Nam, si consistat formaliter omisso, seu carentia actus in decreto, vel alio quouis diuino, libero etiam, potestas illud apponendi, vel secus, non est potestas, seu in potestate creature libere, sed Dei: ergo, si in eo formaliter sit omisso, seu carentia actus creature libere, non est potestas creature libere, siue in creatura libera ad omissionem, seu carentiam actus: ergo neque potestas ad vtrumlibet. Quod si libertatem creaturæ componi satis dicat ex potestate creature libere ad vnum extremum, & Dei ad aliud, gratulabantur tibi prædere minantes, tam Thomæ, quam Caluini.

3. Arguo quinto. Si Deus creata omnia in nihilum redigeret, nihil esset positum adhuc in Deo, quo ea formaliter à rebz remouerentur: ergo eorum carentia non stat formaliter in decreto, seu aliquo politico diuino. Probatur antecedens: formale non esse creaturatum aliquando, & à parte ante, & à parte post definit

esse: sed nullum decretum, aut prædictum diuinum definit definit per æternitatem: ergo nullum prædictum, seu decretum diuinum est formale non esse creaturatum. Dices decretum esse formale non esse creaturatum pro duratione solum, pro qua efficaciter vult creaturam non existere: pro quo solum eius existentiam impedit, ac formaliter remouet, seu virtute actiua decreti, suam applicat efficaciam. In efficientia locum haberet solutio. In effectu formali formæ locum non habet. Posita enim forma & subiecto, vel inhærentis, vel denominationis, nequit non effectus formalis, vel phylis, vel denominationis apponi. Quod si circumstantia talis durationis, vel eius defectus tanquam determinans requiritur, vt remoueantur ab existentia creature iam negatio durationis nec solum decretum formale erit carentia creaturatum, ac de non esse, seu carentia durationis redibit quæstio: an sit in solo decreto diuino, an requiratur vterius aliquid determinans per modum circumstantiæ: quidque illud sit quia positum nihil distinctum a Deo est, neque duratio, si à rerum existentia distinguitur: negatiuum autem, si in solo decreto, aut alio quouis prædicto diuino consistat omnia fuerunt quando creature existerent: quo effugium ad tempus, seu durationem, etiam imaginariam, diuersam, præiudicatur: quia, cum duratio imaginaria sit solum duratio possibilis, eius possibilitas identificatur cum Deo in aduersariorum sententia: quare, & existit, sicut diuina cetera, ab æterno, nedum quandiam creata existerent: simile argumentum fieri potest de æternitate à parte ante, qua nihil productum à Deo fuit.

4. Sexto argumentor: omnia contingentia posita possunt simul deficere, ac non esse: at tunc nullum esset decretum Dei: ergo ceterorum contingentium defectus, ac non esse non stat in decreto Dei: consequentia est legitima: quia nihil sine sua formalitate, seu forma esse potest: ergo si formalitas non essendi ceterorum, siue eorum carentia formaliter sit in decreto Dei, nullo existente decreto Dei nulla esset ceterorum carentia. Minor probatur: quia omnia decreta Dei contingentia sunt: ergo omnibus contingentibus simul deficientibus nullum decretum Dei existeret, atque omnia deficerent: maior sola, in aduersariorum sententia probatione eget, quatenus defectum omnium simul decretorum Dei continet. Eam vero, quoad hanc partem sic proba. Ponit Deus circa omnes suos actus liberos pure omissione se habere, omitendo eos omnes, qui circa objecta, quæ libero amore, vel odio prosequitur versantur. Item, neque creatum aliquid, neque cuncta physica, infinitam habent turpitudinem, neque bonitatem, quæ Dei voluntas rapitur ad amandum, vel odio habendum. Secundo: quia, si Deus ad aliquid creatum amandum, vel odio habendum cogeretur, voluntatis, & arbitrii sui perfectæ, & omnino dominus non esset: imo imperfectus longe, quam nos nostri arbitrii, & voluntatis, dominum haberet, qui muscam, vel quidvis aliud creatum amare, vel odisse non cogitur. Denique, si omnes actus Dei bonitatis æqualis adituantur, ac Deus ad vnum vel alium oppositum habendum cogatur, non adeo facile alterutrum laudabilis saluabitur in plarium, & Recentium, quibuscum agimus, sententia, cum tantum bonitatis necessario apponere alio actu debeat, si hunc, quoniam apponit, omitat: quare nulla moralis, vt hi aiunt, in alterius appositione præ alio erit, etiam physica sit libertas.

5. Denique eadem maior illius pars egregie ad hominem contra Recentis hosce ab ingeniosis aliis Recentioribus discipulis nostris, in hunc fere modum probatur: quia necessitas Dei non omitendi omnes suos actus liberos simul, & collectivè, sed apponendi vnum actum, ni alium apponat, nequit esse maior, quam necessitas non coniungendi duplex contradictorium, siue necessitas, quod ex suppositione, quod non sit alterum contradictionis extremum, non possit non apponi aliud: atqui in horum Recentium sententia possunt, duo extrema contradictoria simul, & collectivè non apponi, neque ex suppositione vnius extremi contradictionis non apponendi, alterum necessario esse apponendum: ergo possunt decreta diuina omnia collectivè, ac simul deficere, ac non apponi, seu non esse. Minor probatur: quia Recentis isti aliter fieri posse, quod pro aliquo instanti determinatoneutrū e duobus contradictoriis existat, siue quod ne-

ORTEGA
In A. pari
D. VIa

que hoc contradictionis extremum, neque alterum ipsi contradictorie oppositum extremum addit, quia, inquit, hodie, neque datur contradictorium existentie Adami pro ea mensura durationis, qua existit, neque Adami existentia pro eadem mensura: ac proinde utrumque contradictionis huius extremum hodie simul non est. Hoc argumentum ad hominem apposui, quia absolute falso principio contra totam Philosophiam innititur: *Dua propositiones contradictoriae falsificari simul in uno instanti queunt.* Id quod eorum ratione leuiter quidem probat: cum certissimum sit propositionem negatiuam existentie Adami pro ea duratione qua existit verissimam in hoc instanti esse, imo necessariam: cum sit negatiua in materia impossibili, scilicet coniunctionis duarum partium durationis in instanti eodem.

6. Septima nostre conclusionis ratio sit, quam perfectius promissum cert. 1. n. 2. atque ex opposito principio per se noto, & stata lege contradictorium desumitur. Est enim eadem cum illo principio, *quodlibet est, vel non est:* nimirum, non posse dari duo contradictoria simul falsa magis quam simul vera. Sed in hac Recentium sententia possunt dari duo contradictoria simul falsa: ergo eorum sententia est falsa manifeste. Probatur minor: quia in hac sententia, vt ab aliquibus eorum, & Complutensibus, & Salmantinis admittitur, carentia cuiusvis contingentis est, & decretum, & scientia utrumvis scilicet, & quiddam diuinum est impossibile cum rei contingentis existentia: ac proinde dabantur in horum sententia plura non esse, seu carentia plures existentie rei contingentis: quod est dari plura contradictoria existentie cuiusvis creaturæ contingentis. Atque vniuersum idem contra omnes, huius sententia Recentiores euincitur: quia, etsi in decretis solum impossibilem contingentium carentia constituantur, cum rei cuiusvis existentie decreta plura Dei, ex variis finibus, & motibus habiti repugnare nequeant, plura etiam contradictoria illius admitti ab hisce omnibus necessario debent. Tum scienequeunt vnius rei plura contradictoria dari, quin simul duplex contradictorium falsificari possit: vidimus citato n. 2. ergo, si rerum carentia in decretis diuinis cum eius existentia impossibilem collocetur, falsificari simul duplex contradictorium poterit. Minor hac probatur: quia ex eo præcise, quod vnum contradictorium rei addit, etsi alterum deficiat, res illa, cuiusque existentia non erunt: ergo erit falsum rem existere, atque erit etiam falsum alterum decretum, quod est etiam carentia, & contradictorium est, suo modo existat, & adfit.

7. Octauo probatur conclusio: quia eo modo, quo carentia viuens multiplicari possunt ei mortes: atque, si in decreto impossibilem cum existentia viuens sit viuens carentia, possunt eius carentia multiplicari: ergo & eius mortes multiplicari poterunt, atque esse plures Petri mortes simul: quod est impossibile: alioqui plurimum mortium Petri reus esset, qui plurima impedimenta impossibilem cum eius vita apposuisse. Nec satis firmum illud Spiritus sancti prologium esset: *statutum est omnibus hominibus semel mori*: cum pluries ex pluribus decretis, cum vniuscuiusque vita impossibilem pluries emori possint. Respondebunt fortasse huic, & antecedenti argumento Petri, & cuiusvis contingentis contradictorium, & carentiam esse hoc, vel illud decretum: ac proinde non esse carentiam, seu contradictoria Petri plura. Sed contra: quia, vel quodvis eorum sufficit ad tollendum adequatè, & absolute e rebus, & existentia Petrum; vel non sufficit, sed utrumque, vel omnia decreta requiruntur. Hoc extremum dici ab aduersariis nequit: cum afferant quodvis impossibilem cum Petri existentia, quod habet vnumquodque decretum seorsim, esse absolutam eius remotionem, & carentiam. Primum autem est insufficientis solutio. Si enim vnumquodque solum est sufficiens, & adequata absoluta Petri remotio, utrumque simul duplex absoluta, & adequata erit: & sane, nisi vnumquodque absoluta, & adequata, & sufficiens Petri remotio sit, ac proinde ad Petrum remouendum alterutrum, ac non utrumque requiratur, alterutrum requiri non potest, vt patet in hac propositione. *Alter oculus requiritur ad videndum, & similibus.*

CERTAMEN V.

Pro veritate eadem argumenta reliqua, oppositionum solutiones, reique totius conclusio.

1. **A**rguo nono. Quia in hac Recentium sententia illud per se notum principium, *Melius est esse, quam non esse*: delirium, vel somniantium vel amentium est. Siquidem melius longe est decretum, vel prædicatum quoduis diuinum, in quo contingentis creati carentia constituit, quam quoduis esse contingentis creaturæ. Decimo. Cum nolitio existentie Petri, & existentia Pauli eadem in Deo esse possit, poterit identificari non esse Petri, cum non esse Pauli, quod est contra Philosophos omnes, & omnium hominum rationem: Undecimo. Negationes erunt affirmatione demonstrabiles contra omnes Philosophos. Duodecimo. Cum melius longe, imo infinites melius sit non esse, quam esse creati cuiusvis contingentis in hac sententia, infinites etiam melius erit, Deum non amare, non glorificare, non videre, atque ipsi non obedire, quam videre, glorificare, amare; quæ de physica etiam bonitate sunt absurdissima. Atque his similia absurda innumera in hac sententia facile quicque deducet.

2. Videamus iam quibus tandem fundamentis tam arduæ opinionationis machina innitatur. Arguunt primo. Negatio datur à parte rei, ergo non est pura negatio, sed ens positium. Probatur consequentia: quia pura negatio solum remouet suum oppositum. Si autem à parte rei datur negatio non solum suum oppositum remouet, sed à parte rei seponit: ergo non est pura negatio. Negatur tamen consequentia prima. Ad cuius probationem negotio minoris suppositum: scilicet aliud esse in negatione à parte rei seponere, atque suum oppositum remouere; imo neque in opposito positum seponere, & sui carentiam formaliter à rebus remouere distinctum est; licet positua entia alia semper munia habeant, quam sibi contradictorias negationes à rebus (eo improprio modo, quo in rebus esse dicuntur) remouere. Instant secundo probando consequentiam: quia, si à parte rei carentia pure sint, conueniunt eis entis passionem, veritas transcendentalis: quia est apta terminare iudicium verum affirmans: nimirum esse illam à parte rei. Vnitatis item: quia cuiusque carentia vnica est in se inflexibilis, atque diuisa à carentia alterius cuiusque. Bonitas: quia carentia plures amabiliores sunt, quam suum oppositum: vt patet in carentia penarum inferni. Verum nulla ex his entis proprietatibus conuenit carentiis. Non veritas, quæ stat in Positiua essendi soliditate non apparenti, sicut auri calchi, quod aliud est, quam apparet; eam autem soliditatem essendi, quod nullatenus est nusquam habebit: imo vero iudicio affirmatio, nisi aliquid rationis intercedat de negatione iudicari nequit. Nec bonitas physica; cum solum carentia penarum bonæ sint, quatenus disconueniunt nobis, licet in se bonum physicum, remouent. Unde physice, & in se loquendo, Terantius melior est, quam carentia penarum inferni. Quod autem omisso libera actus prohibiti bona sit, atque actus præcepti mala bonitatis, aut malitia moralis, non physice (quæ sola entis est passio) argumentum est. Sed neque unitas entis conuenit carentiis, quæ omnino non sunt, quare neque ens vnum, sed purum nihil, licet vnius solum entis remotio sit.

3. Obiiciunt rursum. Omisso libera est vere peccatum: ergo absolute est, quando est, ac proinde est ens, & aliquid. Alioqui per nihil Deus sic omittentem damnet. Distinguo maiorem; est peccatum omissionis, fateor: commissionis, diffiteor; & distingo consequens: ergo est vere in morali æstimatione, seu moraliter quando est, concedo; physice, nego. Et similiter distingo consequens secundum, atque confirmationem per nihil physicum, concedo; per nihil morale, nego. Eus autem morale,

morale, quod in puro physico non esse omissionis inuenitur: est affirmatio quadam communis, qua agere contra legem quis censetur, cum eam omissione transgreditur cum aduerentia legis, & libertate. Sed peritiam debere esse ens physicum, nec solum morale: quia cuiusmodi omissioni conuenit transire de potentia ad actum, quod ens physici proprium est. Sed tamen proprius ens physici creati transitus de potentia ad actum est per positum actionem, siue ab eo distinctam, siue ipsi identificatam, non autem per actionis defectum, seu negationem, ut puræ omissiones, seu carentiæ de potentia ad actum transeunt.

4. Opponunt de fide esse omnia in tempore capisse: sed, si carentiæ puræ dantur, verè & realiter fuerunt ex æternitate: ergo non caperunt in tempore. An, si in notione existentia earum diuina, ut obiectis volunt carentiæ rerum stent, in tempore incipient? Nos autem facile respondemus esse, & fuisse realiter, nisi figmento rationis intercedente dici de carentiis non posse: quare verè, & realiter loquendo implicare in terminis minorem, imo quia rerum carentiæ in proprio suo ellendi modo ab æterno fuere, verum de fide est omnia in tempore capisse: quia propriè nihil creatum ex æternitate fuisse, nisi quia ex ea non fuit aliquid, sed suo modo omnium remotiones fuere, verum esse posuit. Dices iterum, Dei nolito carentia rei sit, Deus non poterit se expedire à rei existentia, vel negatione: ergo saltem cum alterutro extrinseco connexus erit. Distinguo antecedens; non poterit se expedire ab alterutro ex necessitate intrinseca Dei ipsius, nego; ex necessitate extrinseca, & intrinseca extremorum contradictorie oppositorum, scilicet rei, vel eius carentiæ, quia alterum ex eis necessario verificandum est, concedo: & nego consequentiam.

5. Opponit, Nihil caret existentia, quin detur nolito existentia vel saltem scientia Dei de non existentia ipsius: aliterutro ex his posito implicat rem existere: ergo alterutra saltem est carentia existentia rei. Probatur hæc consequentia: quia, cum earum quavis rei existentia est impossibilis. Sed negatur facile consequentia: ad cuius probationem respondeo: non quidquid impossibile absolute; & vtrumque, est, antecedenter, vel consequenter cum altero extremo contradictionis, esse formaliter. extremum alterum cum illo impossibile, ut mille exemplis lippis est, & tonioribus notum. Alioqui volitio efficax Dei de existentia, seu carentia Petri esset ipse Petrus: quandoquidem absolute cum eius negatione est impossibilis. Et scientia item de eius existentia, & carentia Petrus esset, cum eius carentia repugnet. Sed quia horum impossibilitas cum Petri carentia altera antecedens, altera consequens, noua est realiter formaliter Petrus. Ita ergo accidit nolito existentia Petri, & scientia de eius carentia diuina. Quare oportet ostendi impossibilitatem earum cum rei existentia formalem realem esse, ut in earum alterutra rei carentiam stare monstraretur. Id autem, probabiliter adhuc, suaderi verant exempla de volitione, & scientia diuinis existentia Petri, quæ, nuper dedimus, aliasque innumera, quæ tædet recensere: sicut, & alias Recentium instantias referre, ac diluere.

6. Possibile est, inquam, nihil malum, seu imperfectum de facto dari: at, si datur puræ carentiæ, ac non esse rerum ab omni positio diuersa, id erit impossibile: ergo stant in aliquo positio. Minor probatur: quia, & lux mala physice, seu imperfecta est: & carentia lucis similiter est mala. Alterutrum adesse necesse est, si carentia non in positio consistant. Maiorem probant: quia alias Deus conueneretur cum aliquo imperfecto & malo hoc, vel illo distinctum. Ad hoc de conuentione Dei respondimus numero quarto. Caterum argumentum totum est carentiæ rerum in positio consistant tene, si tene. Nam vel rem, vel eius carentiam dari necesse est: atque rem creatam imperfectum quid esse, & eius carentiam esse priuatiue malam, in quocumque stet, quatenus remouet ens positum, quod bonum transcendentaliter est: quare eo sensu imperfecti & mali priuatiue oppositi ab omnibus negandum est antecedens: nam necessario dandum esse, vel suo modo

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus I.

do, in rebus malum priuatiuum, vel entitatem positum illi contradictorie formaliter oppositam, & repugnans necessarium est: quare & vtrumque abesse simul est omnino impossibile.

7. Rursus obiciunt. Deus non est mortalis, compositus, circumscriptus, mutabilis, &c. nihil significant à positua entitate Dei distinctum: ergo nec Petrus non existit, & similes quidquam à rebus distinctum important. Vtræque enim propositiones negatiue sunt. Negatur facillime consequentia. Nam propositiones illæ, quæ negatiue videntur de Deo dici, negatiue vocentis solummodo sunt, re autem vera, atque ex parte obiecti significati omnino affirmatiue. Nam immortalitas, quæ negatione mortalitatis; simplicitas, quæ negatione compositionis; Immutabilitas, quæ negatione circumscriptio- nis explicatur, positua prorsus prædicata diuina sunt, ut omnes Theologi statuunt. Negatiue vero propositiones de creaturis, negatiuum quid ex parte obiecti denuntiant, suntque non voce solum, sed re vera, & ex parte obiecti negatiue. Vnde argumentum est. Propositiones ex parte obiecti affirmatiue posituum significant: ergo & ex parte obiecti negatiue posituum etiam significabunt.

8. Obiciunt alij apud Comptonium supra. Quod non est, iuxta Aristotelem, non scitur: ergo, quod scitur, est: atqui sciuntur, seu cognoscuntur negationes, seu carentiæ: ergo non sunt ex his, quæ non sunt, sed quæ sunt: ac proinde posituum aliquid. Sensus axiomatis est: non sciri ut ens, quod non est, à verè cognoscente, ut ibi S. Thom. siue à nobis non sciri, ut non ens purè, sed entis adinstit, ut obferat Augustinus cap. 3. de vita; atque experimur omnes. Instat: res per se ipsas existunt: ergo per se ipsas sine superaddita carentia non existunt: consequentia hæc ridicula probatur. Primo: quia aliqui duo contradictoria simul falsa dari poterunt, v.g. Nunc Antichristus est per se ipsum sine superaddito: atque: Nunc Antichristus non est per se ipsum sine superaddito. Secundo infertur alias, nulla dari contradictoria. Cum affirmatiua habeat pro obiecto ens, siue existentiam: negatiua vero non existentiam, seu entis carentiam quæ aliud ens est: ac proinde non sunt eiusdem de eodem. Respondetur ad primum secundam propositionem negantem esse manifeste veram: neque enim affirmat negationem Petri nunc esse per ipsam entitatem Petri sine superaddita negatione, seu carentia; sed Petri per se ipsum, ac sine superaddito actualem existentiam, quæ in affirmatiua contradictoria asserbatur. Ad secundum nego non fore contradictoria eiusdem de eodem. Nam eadem existentia, seu entitas, & esse rei quæ affirmatur de illa in contradictoria negatur: in quocumque carentiæ consistant: multoque magis præcise aduersarios argumentum: cum ex eis nemo carentias cum ente positum, cuius carentiæ sunt, identificet, ne omnia chimæ reddat: sed cum alto, quod rei carentiam impedit, quod implicet esse idem cum illa. Nos autem idem obiectum & affirmatum, & negatum assignamus.

9. Ex quibus omnibus constat rerum contingentium carentias in mera rerum remotione, & defectu formaliter stare sine vilo positio, atque esse putum rei non esse, ut hæc Philosophis, ac Theologis omnibus in confesso, atque in manifestis veritatibus sunt. Constat item nihil ab hisce Recentioribus asserri, quod communem omnium apprehensionem, fixumque, & statum sapientium omnium iudicium corrigendum aduersariis argumentis euincat.



DISPUTATIO IX.

De dominio, & Regno diuino.



OMNIUM, Regnumque Dei in hac disputatione coniungi, quia vtrumque sub generali dominij ratione coarctetur. Etenim dominium alcerum

V

rum